

Septentrio.

AGRIA

vulgo

ERLA.



AGRIA.

Munitissimum Hungaria
superioris propinquitudinem
sepi a Turca tentatum,
tandem sub Mahometo
terto expugnatum et
captum A' 159.

- A. Specula.
- B. Balneum.
- C. Ruinae oppidi quondam.
- D. Solum paludosum.

Communicavit
Georgius Housnaglius
acceptum ab alio A' 617.

pugnata, veram non minus strenue, Stephani Dobonis, Stephani Mezkeij, Stephani Soltaij, Stephani Feketi Casparis Petei, & Gregorij Bornamissa virtute defensa fuit, hoste magna cum clade & ignominia reiecto, & obsidionem soluere coacto: quam victoriā supra dicto libro Sambucus fusē describit.

Illud æterna memoria Agriensium factum dignum est, quod quum Aly Basla ad deditio[n]em eos hortaretur, nullo dato responso, sardapilamatio panno teatam, binis hastilibus prætentis, muro impositam ē sublimi loco ostenderunt, innuentes scilicet, nolle se viuos inde discedere, sed oppidum potius pro sepulcro habituros, quām hosti tradituros.

Postea vero Anno M.D.XCVI. Turcarum Imperator Mahumetes, Lippa & Petrinia infelicitate tentatis, accepta etiam ad Hatuanam non exigua clade, in opinato cum valido exercitu progressus, Agriam obsedit. Præsidarij oppido incenso & relieto, in arcem se receperant, eamque contra primos aliquot hostium insultus strenue propugnarant. Quum vero Turcæ eandem interduo noctuque sine villa intermissione oppugnarent, frustra reclamantibus, & positis genibus ad constantiam exhortantibus præfectis, Terskio, Niaro Pauli & Kinskio, deditio[n]is consilia agitare cœperunt: quam due in primis res accelerarunt. Prima præsidiorum quorundam perfidia, qui ducenti & quinquaginta numero, ex arce se se proripientes, abiecta (heuscelus) Christiana religione, mores Turcarum, sacra & leges profiteri, eorumque militia nomina dare non dubitarunt, qua defecatio non paruum commilitonum animis metum incusit. Sed & hostes, exulta fossa, propugnaculum extierius, quod Arci prætendebatur, secundūm iam expugnabant, & ab ea parte obessos vehementer urgebant. Apparuit sanè tum, quantum detrimentum locis etiam munitissimis adferant propugnacula non necessaria, vel loco minus idoneo extructa: qui error Famagustam quoque nobilissimam Cypri urbem perdidit. Sed & præfectorum qui ē morbis decumbentib[us], Turcarum conatus multum promovit. Scriptis ergo deditio[n]is legibus, ut scilicet Præfecti viui, commutandis, captiuis, tradenterunt; præsidarij cum impedimentis omnibus, gladiis tantum armati, discederent: tertio die Octobris bis mille circiter numero, Agriensi arce excesserunt, sed non longe progressi, in latissimo quodam campo à Turcis & Tartaris circumfusi, & foedum in modum laniati sunt. Quæ tamen perfidia multis inter Turcas displicuit, eoque nomine Ianit Sarorum Aga apud Imperatorem delatus, & in ius vocatus, quum obiectum crimen parum dilueret, eius iussu, toro in spectante exercitu, in frusta concisus est. Basla primarius cum tribus alijs arcem ingressus, ante omnia ad Præfectorum Terskeij & Kinskij cubicula contendit, perque interpretem humaniter eos alloquutus, suadere cœpit, vt Mahumeranam religiōnem, eiurata Christiana amplesterentur. Hanc orationem vterque vultu atque verbis auresatus, nunquam villam rem tanti apud se fore, aperte responderunt, vt diuinum numen abnegarent, & religionem essent prodituti. Se inuitis, arcem hosti traditam, nec in deditio[n]em, si prætentibus inter esse licuisset, vim quam consenuerunt fuisse. Hæ tam cordata in extremo discrimine. Præfectorum oratione delectatus magis quām exacerbatus Basla, bono eos animo esse iussit. Postea quum lytri incidisset mentio, vterque mox omnem pecuniam quam in numerato habebat, Basla representauit, arma & vestes inter ceteros distribuit, hac ad dita obtestatione, vt vel in gratiam recepti humaniter tractaretur; aut sic hoc denegaretur, sine logiori morte ē medio tollerentur. Primi itaque diebus aliquot comiter habiti, sed Basla iam digresso, in vincula conieci, & pane & aqua cibati, miseram vitam egerunt, Terskius imprimitis, qui carceris squalore ad morbum accedente, vitam paucos post dies finit. Eius morte cognita, Basla custodem qui captiuos tam inhumaniter tractarat, in carcerem coniecit, similique affect pe[n]a: Kinskium laxius haberi iussi: funus vero Terskij ipse cum omni familiarium numero (in quo etiam Kinskius fuit, vtroque cunctis gestans compedes) prosequutus, terræ mandauit, apposito cum honorifica inscriptio cippo.

Non multo post nostri obessis, sed sero nimis, opem latuti, non procul ab Agria castris positis, cruenta aliquot prælia cum Turcis miscuerunt: quum vero recuperandæ, cum quidem, arcis spes nulla esset, paullo post in hyberna concellerunt. Ex eo die Agria (quamvis ex oppido vix quidquam)

præter ruderam (superfici) in Turcarum potestate permanit.

SOLNO CVM.



X omnibus arcib^ts ac præsidijs, quæ Turcæ hoc tempore in Hungaria tehent, vix vilum est Solnoco non tam operibus quām natura ac situ magis firmū atque opportunū. Arx est cum oppido, & illa quidem longē hac munitio, vtrumque fossa vel potius canali Sagie fluminis ab inuicem separatur. Ad Orientem Tibiscus fluuiorum qui vspiam sunt pisco siffissimū ac nauigabilis preterlabitur; ab Euro-Austro Sagia itidē nauium mediocriū patiens, ad hanc ipsam arcem tripli canali in Tibiscum se effundit: quorum vnu oppidum ab arce, vt diximus, separat, secundus versus Septemtriones eidem arci pro fossa est, vna cum tertio versus eandem plagam aliquantò remotiori insulam constituit amoenissimam, hortis & pomarijs mirifice exultam. Ager ipse citra & ultra vtrumque fluuium itidem hortis, vineis & arboreis consitus, tum delectationi, tum vita vībus totus inseruit: is denique huius loci genius est ac natura, vt cōmodior optari vix queat: eoque factum, vt quum Turcæ minus accutari ac sumptuosi sint in exfruendis adibus, hæc tamen & arx & oppidum elegantibus tam publicis quām priuatis ædificijs exornata sint. Ad munitionem quod attinet, certe vix villa est in tota Hungaria, cui Turcæ magis fidant, non tam, vt diximus, ob moeniorum firmitatem, quām vtriusque fluminis opportunitatem.

Superest vt quomodo in Turcarum venerit potestatem, indicemus. Temesuaria & Lippa Transyluanie opidis, multisq; alijs castellis Anno M.D.LII. occupatis, Ferdinandi quoque regis copijs ad Dragelam circumuentis ac profligatis, Aly Bassa Turcici exercitus Imperator tot prospersis successibus elatus, ad Beglerbegum & ipsum Sultanum scribit, si Solnocom & Agria in potestatem redigantur, facile totam Hungariam Turcarum ditioni acquire posse: se igitur, vt posthac nihil victoriā moretur, vtrumque obſidere decreuifse, nec de expugnatione dubitare, quod exploratum haberet, fuso nuper Ferdinandi exercitu, nullum abſore ſubſidium, quo Christiana res ſubleuetur. Hoc conſilium quum Sultanus approbaveret, Aly Bassa Solnocom obſidione cingit. Erant ibi in præſidio trecenti Germani, ducenti Hungari, centum Bohemi, & Hispani quinquaginta. Principio statim oppugnatiōis Hungari ſarcinas suas collectas plauſtris imposuerant, quaſi mox fugam inituri. Ea re moti Germani & Bohemi, Praefectū adeunt, & quandoquidem Hungari ab fugam ſe parent, nec ſe quidem manſuros indicate. Ille Hungarorum factum excusans, minimè eos ad fugam ſpectare inuit, ſed a bincendio, ſi quod forte in adibus oriatur, fortunas suas conſeruare velle, quas in tanta trepidatione conuafare difficile eſſet. Quare ipſi potius ſecum diſpicerent, quomodo arcem contra vim hostilem tuerentur, quām ignauas fugas prætextum quererent. Quum hoc non ſucceffiferet, illi alia via rem aggrediuntur, & ſtipendia magno cum tumultu poſcunt. Hic quoque Praefectus eadem dexteritate vſus, argento ab amicis ſumpto, quantum cuique debebatur per ſoluit, iterum obteſtatur, ne locum tam munitum tamque opportunum per ſummam ignauiam deferent. Sed nihil eos mouere potuit, quod minūs fugam dies nocteque intenti explorarent. Eius incundē commodiſſima ratio vīla eſt, ſi impositis in ſcaphas ſarcinis atque impedimentis in aduersam Tibisci ripam euaderent. Hoc illorum propositū Hispani Praefecto indicate, rogam, vt fugam commilitonum, quibus poſſit modis, impedit. Ille bono eos eſe animo iubet: ſe enim cymbas omnes perforatas in profundum velle demergere. Interim Hispani dum vigilias circumveunt, Germanos cum impedimentis ad fugam paratos. Hungaros etiam eodem conſilio eius inſidentes conſpicatur. Accurrit mox Praefectus ab Hispanis admonitus; orat, obſecrat, ne ſe, ne regem, ne Hungariam, ne totam Christianam tempublicam hoiſti tam turpiter prodant. Sed illi ſurdis auribus hæc accipientes in coepio perſiftunt; & per poſticum arcis vi effractum erumpunt. Praefectus verò quod ſceleris eorū particeps eſſe nolle, in arcem ſe condidit. Turcæ qui ē proximo tumultuantum portasque molientium ſtrepitum paullò antē audiuerant, tam repentinum silentium mirati, ad arcis portas quām proximē ſubeunt, & admotis auriquis vbi omnia ſilere animaduertunt, arcem, portis effractis, inquadunt, nihil in ea deprehensum, præter Praefectum & vnum & alterum ministrum: ē quo quum Aly Bassa quæ acciderant cognouifſeret, fugientes illos inſequi iubet, & ad vnum omnes cedere; Praefectus verò, vt virum fortem, collaudat, comiterque habet. Eſugientibus iij potiſſimum perierunt, qui fugas primi erant auctores: qui dum ſcaphas coeno & aquas immersas extrahūt & purgant, dum eās à terra propellunt, aut ab arena, in qua nimio onere de preſſa pleraque ſubſederant, moliūt, à Turcis ſuperuentibus opprefſi perierunt. Hungari tamen vadum naſti, plerique euaserunt; itemque Hispanorum multi, dum Turca Germanos cedunt, in aduersam ripam enatarunt. Hoc modo citra vīlum ſuorum ſanguinem Solnoco potitus Aly Bassa, locum ſtatim tam operibus, quām valido militum præſidio diligenter communiuit, cuius opportunitas Turcis deinde ad multas magnasque res feliciter gerendas adiumento fuīt.

ZOLNOCK
Superioris Hungariae ciuitas.



402K

1600-1650


T A T A, Vulgo. T O T I S.



V A E vulgò Totis, Hungariæ arx, dicitur, Tatam vero nomine appellandam, ex Hungaricarum rerum monumentis constat. Aut enim Geysa Duce Hungariæ imperium moderante, virum quendam eximio Christianæ religionis zelo flagrantem, è nobilissima Sonseuerinatum Comitum familia, Theodatum nomine, Italia eie-
tum in Hungariam venisse, breviisque & pietate & prudentia sua maximam sibi apud Geysam Regem existimationem conciliauisse, ut pro singulari, qua ab eo colebatur obseruantia, ad filium Stephanum è sacro fonte leuandum pater lustricus fuerit adhuc-
bitus: à quo deinde sacro sancti patris iure semper vernacula Italorum lingua reueren-
ter *Tata*, id est, Pater, salutatus est Is quum postea Regis liberalitate adiutus, Monaste-
rium cum adiuncta villa extruxisset, *Tatam* utrumque nominari voluit. Locum hunc in arcis formam reda-
ctum, & sequentes Reges, & in primis Matthias Corvinus, ita exornarunt, tantisque extruxerunt impendiis, vt
Bonfinius scribat, eam omnibus sui temporis arcibus anteferri: quam idem dicit, hinc lacu, hinc dupli-
fossa, exciso falso & erto aggere ita fuisse munitam, vt nulla ex parte potuerit oppugnari. Quanta vero huius
Arcis & amoenitas fuerit & magnificentia, idem ostendit, inquiens; *Si ultra progrederis* (Vicegradum intelli-
git, à qua verhus Batoni montes non longè absit) *Tatam offendes*, *qua meo iudicio ceteris arcibus anteferri in tan-*
tabreuitate potes. *Hic enim perpetuo crassoque aggre conuallum aquasistit, stagnat, ac lacum ingerum septenorum*
fere millium efficit. Pistrina ad emissorium aqua frumentaria ex ordine nossem: que arcis sanè coherent, & numquam
bello auferri queunt. Arcis forma in obrazali speciem, dupli muro, propugnaculis & fossa munita: brevis inter porticum
area, quam avara & cænationes, magnificaque cubicula circumstant: laqueat & contignationes, multo auro calaturaque
conficia. Emisse lacu aquæ sepe resistitur, & piscinas hand invita facit innumeratas, magna luporum & carponum copia.
Duo utrumque pagi non ignobiles, dueque basilice. Circumstant saltus quoquouer sumpatentissimi, qui non mediocrem fe-
rarum copiam alunt. Et hec quidem arcis huius Antonij Bonfinij tempore fuit facies: quam sequentia bella, vt
& pluraque alia regni huius oppida & arcis plane deforamarunt: eaque que hodie restat, è ruderibus antiquis
est restaurata, oppido, quod olim adiunxit in habuit: omnino deleto. Et illa quidem terreis aggeribus &
ligatis segmentis, pro more gentis, contra vim non maximam satis munita est. Quum vero vna cum vesperino
ac reliquis eius tractus arcibus, Solymano imperante, in Turcarum venisset potestatem, multa sanè Christianorum
rebus incommoda attulit: donec tandem celebri illa expeditione, quam Maximilianus II. Imperator, &
Germania, & Italia Principum ac Rerum publicarum auxiliis adiutus, contra Turcas in Hungariam Anno
M. D. LXVI. suscepit, ac satis feliciter perfecit, ab Eccio Salmeni Comite, Iauarinum Praefecto, expugnata
est. Is enim quum ex oppido sive arcis hac, vt pote inter Iauarinum & Comaram sita, proximis locis plurimum
damni atque incommodi inferri, ac victoriæ, qua vicinas aliquot arcis, Vesperinum in primis occupauerat,
inutilem pene reddi animaduerteret: pridie Calendas Sextilis prima luce Iauarino cum suis copiis egressus,
ad moenia castra posuit: ac statim è presidiariis aliquem facie ac nomine sibi notum, ad se euocari iussit, publica
fide incolumitatem ac liberum ad suos redditum spondens. Is ergo assentientibus praefectis ac commilitonibus
ad Salmensem egressus, cum his mandatis remissus est: Si arcem quamprimum dederent & vitam, & fortunas
eis omnes saluas permisurum; sin vim exspectarent, nemini viuo se parvurum esse. Ad hæc ille, Nullam spem
effeiebat, commilitones ad hanc descensuros conditionem, praesertim quum Budensem Praefectum cum va-
lidis auxiliis in propinquio esse scirent. Indicaturum se nihilominus quæ iussisset, rogare vero ne interim quid-
quam hostili tentetur; id vt ex altera quoque parte fieret, sedulo se curaturum. Quum vero ad horam conditam
miles non adfuisset, Salmenis admotis copijs, magna vi oppugnationem aggreditur, nec minus strenue obsecuti
ad defensionem se comparant: utrumque tamen conatus non ingruens diremit. Ea nocte opportuno loco
dispositis tormentis, Salmenis cum prima luce verberationem instituit tanta vi atque impetu, vt magnam
valli partem intra horas aliquod disiecerit: sed hostes in reparandis ruinis, ac cuniculis, qui interim non minus
strenue agebantur, contraria suffusione excipiendis, tantam adhibebant diligentiam, vt vix oppugnationi locus
iam relietus videretur. Salmenis nihilominus Villarduno mandarat, vt cum suis copiis arcis muros disiectos
adoriretur: verum perspæcta periculi magnitudine, tutiorem oppugnandi rationem excoxitauit. Quum enim
millenos cum scalis & alio ad oppugnationem necessario apparatu duobus locis summisisset, ipse cum duobus
selectorū millibus portæ aggreditur; detaq; omnibus simul oppugnâdi tessera, dum Turcæ ad ruinas, vim propul-
satur, accurrunt, effracta porta, irrumpt, & obuios quoque cædit: nec quisquam eusasit, præter quinquaginta,
qui turri se incluserunt, ac vitæ incolumentem pæsti, se dediderunt in quibus & ipsius arcis & Vesperini erant
Praefecti, ac quidam alii primarij, quos Salmenis Viennam ad Cesarem transmisit.

Ex illo tempore ad annum usque M. D. X CIV. Tata in Christianorum potestate permanxit: quo quidem
anno Sinan Bassa, Iauarinum obsecurus, vt à tergo pacata omnia relinqueret. eam nullo negotio expugnauit,
postea magno cum rei Christianæ incommodo, Iauarino quoque potitus. Utrumque tamen diuina benignitas,
sive villo ferè cruore aut labore, Tatam quidem Anno M. D. XCVII. Iauarinum vero Anno M. D. XCVIII.
strategematis beneficio restituit. Rei apud illam gestæ series sic se habet. Bernstenius, Palphius, Pezius, viri fortes,
quum eius arcis inuadendæ cepissent consilium, milites & reliquum apparatum nauibus imponunt, & Co-
mara secundo flumine dilapsi, ad Almasiam pagum exponunt: sed vi ventorum & imbrium frequentia impe-
dit, eam noctem per quietem ibi agant, tam prudenter dispositis excubis, vt nulla indicia ab hostibus por-
tructi deprehendi. De media nocte inde profecti, primo tres milites Turcæ linguae peritos portis adequitare
iubent:

D O T I S



DOTIS Vngar THATA
Arx Inferioris Vngarie,
loci oportunitate, et opere
muntissima.

Communic: Georg: Houfragel.

iubent: post hos instrumentum pyroboleare (Petardam vulgo vocant) curru eum in usum facto impositum vehebatur, adiunctis qui scienter id portae admouerent, & mature ignem subiicerent, aliis etiam, qui scalas & reliquum apparatum ferrent. Velites tres, quos premissos diximus, Turcae excubitores inclamat; cuiates sint rogant. Edocti illi, Iauarinienses se esse simulant: Buda venire: Solymano Garbasia Iauarini Praefecto commatus ab Achmete Aga iussu eius coemptos aduehere, de via fessos paulisper velle quiescere. Hoc responso contenti, mandant, ne manè prius discedant, quam Arcis Praefectum (Begum) conuenissent. Illi facturos se recipiunt; illud etiam addunt, litteras se ad eundem scriptas habere, eas se manè oblaturos. Durante hoc colloquio, Bernstenius pyroboleum rotis aethum probelli iubet, quod vigiles conspicati: Quid, inquit, vos carrum portis obseratis in pontem subducitis. Respondent illi, facere se id metu Haiduccorum: a quibus si forte inuadantur, cōmodiorem sibi hunc fore ad defensionem locum. Inter haec admota machina & igne subditio horrendo cum tonitu portae dissiliunt, pons pensilis dissipatur. Mox nostri ponte, quem secum aduixerant, fossis iniecto, per aperta introrumpunt, alii alibi per scalas in moenia emituntur. Custodes arcis, qui primo impetu non oppresi, qua quisque poterant, saluti suæ consilunt: è decem, qui in fossas subiectas se deiecerant, quatuor ab equitibus excubias agentibus comprehensi, unus deorsum casu fregerat; reliqui per arundinera, tenebrarum beneficio, elapsi. Qui restabant, turri inclusi, qua poterant ratione oppugnantium impetum aliquamdiu sustinuerunt, sed circumuenti tandem & multitudine oppressi, ad unum omnes vel capti sunt, vel interempti. Haec facti sunt x. Maij die. Praesidio arcis imposito, & de proximis locis apportata annona, captiuisque, inter quos Begus cum uxore erat ac liberis, abductis, gratia Deo acta.

Sed minime diurna Christianis haec fuit latitia. Eo ipso enim anno nostris ad Comaram desidentibus, Turcae ad Tatam positis castris, summa vi arcem oppugnanti. Eam Christophorus Weida cum ducentis quinquaginta circiter praefidariis tenebat. Is eti boni ducis officium magna animi virtute explebat; tamen cedere tandem, ac sua & suorum saluti consulere est coactus. Nam & assidue sine villa intermissione fulminabant Turcae, & patefacto aditu, multoties irrumperem conati, praefidariorum virtute semper sunt repulsi. Interea cuniculis actis, subiectoque puluere, unum ex arcis propugnaculis conuelliunt, magnamque secum ruinam trahit. Periculo iam propiore commotti milites, quorum bona pars perierat, superstitum alij vulnerati, alij puluere afflati, & ruina perculsi, vix statim ad arma tractanda virium habebant. Praefecto periculum ostendunt, & nesci & vniuersos in praesens exitium præcipitet, monent. Communicatis igitur consiliis, noctu clanculum per pseudothyrum seu posticum exaduersa arcis parte egressi, magno cum silentio Danubium petunt. Interim hostis arcem summis viribus oppugnat, ac militem per ruinas (nam alterum quoque propugnaculum vis pulueris dissiparat) immittit. Vbi vero arcem defensoribus vacuam, seque elufsum animaduertit, ad prædam intentus miles vndeque discurrit, quæ tamen exigua admodum fuit, omnibus à praefidariis, praesertim machinis æneis, corruptis. Mox puluis à discedentibus formite attemperato idoneis locis collocatus

ignem concipit, & obuijs quibusque disiectis ac discriptis, magnam Turcarum stragem edit. Et haec quidem Tatæ haec tenus fortuna fuit;

quæ etiamnum cum bona Hungariae parte sub
Turca gemit seruitute.

P A P P A.



A P P A Inferioris Hungariae oppidum, non procul à Bakone sylua longissima, & montibus, quibus nostrates à Clypeis nomen indiderunt (vulgo Schiltberg) situm, variam, non minus quam pluta alia eius regni oppida, fortunam expertum est. Olim quidem non magni fuisse nominis, illud indicio est, quod nulla penè eius apud antiquos Hungaricarum rerum scriptores mentio exstat. Vnde credibile est, superioribus cum immanissima Turcarum gente bellis denum muniri ceperisse, inuitante loci ipsius natura, ac situ ad hostium reprimendas excusiones peropportunio. Ab ortu enim & solum paludosum, & lacus non exiguus, piscium copiam oppidanis abundè suppeditans, ei prætenditur: ad cuius veluti exitum, & ad portam, qua Albam regalem itur, Arx visitur, & intra oppidum suis etiam munitionibus separatim inclusa. Vallum quo oppidum cingitur, terra aggesta, lorica verò ligneis sepimentis firmissimo opere è vimine & salicibus contextis, ac terra operatis constant: quod quidem munitionum genus contra machinarum ictus satis est validum, ac longè tutius quam murorum substructiones: quæ dispersis saxis facile & stragem inter defensores dant, & vno casu latam ruinam trahunt.

Porro Arx hæc quum haec tenus Christianorum in Hungaria rebus non parum adiumenti ac præsidij attulisset, tandem Anno M.D. XCII. vñā cum Sissecchio, Vesprimio, & Palotta, à Sinane Bassa continuatis victorijs expugnata, in Turcarum concessi ditionem; non sine detestanda transfagarum quorundam perfidia, qui facilioris oppugnationis modum, & loca oppidi minus munita hosti monstrarunt. Quod si nihilominus reliqui ea, qua par erat, fide ac constantia in propugnando vñi fuissent, multo adhuc sanguine expugnatio illa constituta fuisset. Sed & hi ignavia sua graues poenas luerunt. Paci enim, vt tradita arce, cum impedimentis & armis liberi dimitterentur, in itinere à Turcico equitatu circumuenti, ferè omnes perierunt, paucissimis, quibus fuga & latræ salutem dederant, elapsi.

Quinquennio post, Anno nempe M.D. XCVII. dum in Hungaria bellum inter Christianos & Turcas acer- rime geritur, Maximilianus Archidux, cui summam rei militaris Imperator Rudolphus frater demandarat, collectis circiter viginti quatuor armatorum milibus, Nadafum & Colonfum ad itinera exploranda præmittit: qui quum in ducentos lanitarios incidissent, octoginta eorum cæsis, reliquos, & in ijs duos agas captiuos ad Archiducem adducunt. Quorum indicijs seductus Archidux, Pappam ob sidere decreuit. Cuius quidem obsidionis XIV. Sextilis die factum est initium: eaque tanto studio fuit continuata, vt breui ad hostium munitiones peruenient sit: quibus tormentorum vi conulsis, milites aliquot immisi, Moruspurgio & Rosvurmio ducibus: sed non sine vulneribus reieci. Et ducum vterque quidem vulnus in conflictu accepit, sed ille lethale. Ad tamam aduentantis Turcarum exercitus, qui ob scis sub fidio missus ferebatur, iterum coepit est oppugnatio, tanta militum alacritate, vt cum Turcis acriter se defendentibus, oppidum captum sit. Præsidarij in arcem excusis: sed non sine vulneribus reieci. Horum viræ vt parceretur, Turcis perfececeperant, in qua quadragenti è Christianis captiui affluerabantur. Horum viræ vt parceretur, Turcis permissum, & cum omnibus suis fortunis incolumes abirent. Interca VVAlones in arcem irrumpunt, omniaque ferre, agere, rapere incipiunt. Ad hos igitur continentos Ederus militum tribunus cum alijs duobus signis arcem custodire iussus. Turcae VVAlonum vim metuentes, confusis ordinibus, arce egrediuntur, quorum loculis excusis, aurij aliquid apud eos repertum. Walones ergo spæ præda allecti, inuitis ducibus deditiios concidunt, concios vestibus spoliant, & sarcinis deceptis, nuda ac lacera cadauera, immani spæctaculo, relinquunt. Bassam ægræ seruatum, militum forori ereptum cñm ijs qui supererant (erant autem centum circiter & sexaginta) deducere iussus Colonius, & Hoffkirchius cum Austraciis signis in arcem introductus. Vix mille passus progressi fuerant Turcae, quem ecce turris quedam, in qua magna vis sulphurei pulueris erat deposita, tanto cum impetu & fragore conuelliuit, vt non modo maior arcis pars labefactata, verum etiam ducenti circiter præsidarii, cum multis captiuis Christianis ambusti fuerint & ruina oppresi, Hoffkirchio etiam grauirer vulnerato. Incendium hoc quum Turcarum fraudè præparatum multi suspicarentur; statim missi sunt, qui è via retrahentes: ac nisi multis argumentis facti conscientiam ac culpam à se remouissent, ad vnum omnes interneccione fuissent occisi. Casus hic præterquam quod arcem vehementer deformauit, quidquid reliquum commeatuum erat; quoque assumpsi. Septem Bribegi (si transfugas & exploratores vocant) in arce comprehensi, vñtato apud Hungaros in proditores supplicio, palis transfixi, in summis cruciatibus vitam misere post longam moram effuderunt.

Porro ijdem illi, qui, vt diximus, Turcas contra fidē datam inuaserant ac spoliabant, triennio post oppidū hoc & arcem per summum scelus ac perfidiam Turcis proddiderunt. Præsidio enim circiter mille ac docenti ex ea natione ibi relieti, quum serius aliquanto stipendia soluerentur, nec alimoniae magna esset copia, tumultuari, imperiumque detrahere ceperunt: quinque id agi animaduerterent, vt inde abductis nouum præsidium submittetur, cum Turcis egerunt, vt certa pecunia summa sibi numeraretur, ipsique tradito loco in tuta deducerentur. Spem quoque faciunt, seducem suum Schvarzenbergium, recenti lauâni expugnatione tum maximè celebrem, qui ad comprehendam seditionem cum magna vi pecunia prope diem venturus dicebatur, intra oppidum recepturos: eisque postea tradituros: aut si id Turcis minus placaret, ad Zisneccam viam obliterent, nec de confilij euentu dubitarent. Post hanc tractationem, tribunos & centuriones omnes officio deicerunt, & è suorum numero quendam, Lamotiam nomine, ducem sibi constituerunt: Michaelem Marotum loco præfectum, cum omni familia in vincula coniecerunt: nisi quamprimum Lytron, quod ipsi dixerant, persolueret; Turcis in seruitutem cum suis omnibus eum dediturus interminati. Mox Turcas captiuos liberant, & ipsius Prefecti armis vestibusque exornatos Albam regalem mittunt: dominibus omnibus direptis, prædam vñnum in locum comportant: vexillum Cæsareanum Turcis tradunt: ac tandem post multas vñtro citroque actiones pro-

Acceptum a Philippo Fernando:

Septentrio.

Communicat G. Houfnagelus.

PAPA Inferioris Hungarie OPPIDUM




nes proditionis mercedem paciscentur. Turce fraudem suspicati, primum cunctantius agebant: sed tot tamq[ue] manifestis defectionis signis se prudentibus, occasione minime defuerunt. Ne tamen damnum aliquod nimia credulitate acciperent, copias confirmant, vt si forti nostri eos insidiis aggredierentur, auxilia in promptu haberent. Schvartzenbergius assumptis binis equitum peditumque millibus, Pappam versus proficiunt: cumque iam duobus miliaribus absset, viginti quatuor equites praemittit, qui monerent praesidiarios, vt ad officium redirent, spemque facerent, fore vt propediem quidquid stipendorum nomine ipsis debebatur, omne persolveretur. Hos Pappienses conuicis & ludibrio exceptos abegerunt: nec quidquam proprius fuit, quam vt eosdem inuaderet & dispergerent. Sic ergo Schvartzenbergius hac spe destitutus, simul aquarum illuione progressi prohibitus, Iaurinum retrocessit. Inter praesidiarios interea maxima dissidia exsisterunt, adeo vt ad manus fuerit peruentum, & passim multa cades perpetratae. Caussa erat, quod nonnulli deditioni seu cum Turcis passioni minimè assentiebantur, non quod fidem Imperatori seruare vellent, sed quod proditionis merces nondum tota esset deprompta. De hoc monitus Schvartzenbergius, Scharpfensteinum xxii. Iunij, cum multo instrumento militari, & tribus peditum millibus praemittit, & fortunam experiri iubet. Eos perfidi muris succedere patiuntur, quasi abiecto propugnandi consilio, vltro etiam vt accedenter hortantur. Stare enim se cum ipsis, & libenter intra oppidum recepturos, vt communi auxilio proditoribus resistant. Sed mox scalis deieatis, quo scumque possint, commilitones suos & populares interficiunt, exprobrantes, quod hanc fortunam Germanis præterierent, sequi primos periculis obiicerent. His ita repulsi, Turcicos frumentatores intromittunt, & p'austri exoneratis, Christianos capriuos, cum magna imbellis atatis & sexus turba imponunt, & Vesprium Albamque regalem in miserrimam seruitutem (O scelus! O inauditam perfidiam!) abduci curant. Interea Marotus occultis nuncis Schvartzenbergium monet, vt quandoquidem praesidiariis non satis inter se conueniret, occasione vteretur, & si stratagema intercipere arcem non posset, vi aggredieretur: simul locum designat contra vim non satis firmum, per quem facilè aditus aperiri posset. Ille ergo coactis nouem circiter millumarmatorum copijs, xi. Quidam castra ad Pappam ponit, & tormentis dispositis magna, vi muros quassat. Perfidi aliquoties eruptione tentata, semper cum damno sunt repulsi. Vni è centurionibus ipsorum capto, cutis viuo fuit detracta, & cum capite infixo, è lancea suspensa, & ad terrorem publicè oculis praesidiariorū exposita. Non multò post Schvartzenbergius molam, quæ ad arcem est, expugnauit, licet acerrimè eam defendenter perfidi, quod per eam quis tempore magnum praesidium intromittere posset. Turea interea de perfidorum edicti periculo, magno studio ad obsidionem soluendam necessaria comparabant: sed quia alia, tum maximè inundatio è continuis pluviis orta, quominus in tempore aedescent, eos impeditiebat. Et nostri non machinis tantum, verum etiam cuniculis, aliisque operibus obsessos oppugnabant: adeo vt iam aqua è fossis diriuata, facilis aditus breui pati fieri posse videretur. Summa præterea apud obsessos erat almonia inopia. Nec enim vinum, nec panem, sed salis aliquantum, & sexaginta equos habebant; quibus in cibum distributis, miserrimam vitam sustentabant. Quum ad veniam nullum sibi esse receptum intellegenter, mortem potius fortiter pugnando oppetrere, quam exspectare, dum per summum cruciatum & ludibrium vita ipsis ciperetur, decreuerunt. Noctu igitur pridie Calendas augusti, eam partem castrorum, vbi Mersurgenses stationem habebant, inuadunt, milites tumulento partim sternunt partim in fugam agunt, & terrore omnia complent. Tumultu excitus Schvartzenbergius ad eam partem, qua maximè sui laborabant, aduolat, dumque necessaria procurat, glande plumbea ictus cadit. Eius mors magnum in castris excitauit moerorem. Reliqui duces nihilominus coptam obsidionem vrgebant, nec minus alacriter obsessi se tuebantur. In Schvartzenbergij locum suffectus fuit Melchior Rederus. Iam obsessi desperata loci defensione, & summa annona pressi inopia, fugæ consilia inibant: ac tandem ix. Sextilis duabus ante solis ortum horis, per stagnum aqua emissa penè siccum, exitum tentant, & quin solum virginos onus non bene ferret, è cratibus, fascis aliaque materia viam sibi muniunt. Rederus de fuga ipsorum admonitus Nadaustum, Thurnium Comitem, Colonitium cum leuis armaturæ equitibus fugientes insequi & comprehendere iubet. Illi iam ad saltum vsque penè euaserant; sed in ipso aditu interclusi, & magnam partem ibi casi sunt. Lamotta perfidorum caput Colonitsio tradere se recusans, glande trajectus occubuit. Eius legatus cum alijs quibusdam seditiosorum antesignanis captus est. Dum perfidi in fuga toti sunt, Marotus aliquique, excussis compedibus, per arundinetum in castra euadunt. Cæsariani à perfidis desertum ingressi oppidum, captiios liberant: mox perfidorum reliquias ad internectionem usque ferro delent. E captiuis cognitum, sextantum primos fuisse cum Turcis tractationis & proditionis auctores; sed postea de num communibus suffragijs omnia acta: in qua qui consentire recusasset, è vestigio fuisse confossum. Captiui, quod omnia diuina & humana violassent, per arcas & praesidia distributi, horrendis supplicijs fuerunt excarnificati. Hoc paecto nefarie tentata proditio, acerrimè vindicata est: cuius historiam, vt qua: non pauca memoratu digna complecta- tur, fusiùs hic reperere nobis non abs rectum est.)

P E T R I N A



X hæc est Croatiæ seu Liburniæ, non quidem magni nominis, commodissimo tamen loco ad Colapis seu Culpæ & Petrinæ confluentes sita; ab hoc etiam nomen serita. Idem quod pacis Anno m. d. xcii. à Turcis ruptæ, ei seruitutis fuit initium: quo tempore Amurathes Persici bellum liberatum, nostris nihil tale metuentibus Assanem Bassam cum valido exercitu ad Croatiam oppugnandam misit, loci ductus opportunitate, quod inde non in Germaniæ tantum, sed Italianam quoq; commodissimus sibi futurus aditus videretur. Is igitur primū Castrouitium proditione, Vihitium deinde vi cepit, editis vtrōbique magnæ crudelitatis exemplis. Impositis præsidij, Petrinam Castellum, partum illud quidem, sed rebus suis valde opportunum, ibi loci, vbi adhuc visitur, excitauit, & quātum potuit muniuit: tum ponte Colapi flumini imposito, ac traducto exercitu, quidquid agri fluuium hunc & Sauum interiacet, diripuit ac vastauit. Ad famam hostis tam vicini Stiriorum ad duo circiter millia coierant: sed dum incautiū agunt, quām in tanta paucitate par erat, ad vnum omnes cæsi perierunt. Magnum hæc clades Christianis earum regionum incussit terrorem. Quocirca ad prohibendas hostiū populationes, Thomas Erdodus Slaoniæ Banus, cum septem armatorum millibus inter Vihitium & Carolstadium castra locat, ex aduerso pontis, quem Colapi à Turcis impositum diximus: sed ab Assane Bassa circumuentus & tormentis omnibus amissis profligatus, omnem Duropoliam hosti diripiendā reliquit. Hoc successu elati Turcæ, Sisseccium permunitum oppidum iusto exercitu oppugnant; sed graui accepta clade, omnem ferè superioris victoriæ fructū corruerūt. Verū menim uero quam varia belli sit fortuna, quām incerti euentus, ea quæ circa hanc arcenī paucis mensibus gesta sunt, satis docuerunt. Dum enim Cæsarea Maiestas Germaniæ Principes ac Ciuitates de auxilijs per litteras & nuncios interpellat, septem armatorum millia ad reprimendos Turcarum conatus, Thoma Hertelio, Georgio Gleicspachero & Dionysio Denckio ductoribus, mittuntur. Sed quum ad Colapim fluuium non procul à Petrina castra metati, paullò negligentius agerent, quod ab exploratoribus Turcas retrocessisse relatū esset; subito hostium aduentu oppressi, ægrè arma expediunt. Instructa tandem vtrīque acie, primum hostiū impetum leuibus velitationibus acriter excipiunt; sed pugna inualesce & superante hostium multitudine, omnes eodem in vestigio, quod pugnantes ceperant, ceciderūt; ex omni numero vix octoginta elapsi, præter militum præfectos, qui fatali quadam ignavia plerique omnes fuga maturè sibi prospexerunt, sed capti postea & capite plexi, iustas pœnas dederunt. Non tamen incruenta hæc Turcis fuit victoria, quorum multò plures quām Christianorum desiderati eo in prælio dicūtur. Multa iam hyene, Turcæ Petrina egressi, maximis cū laboribus & periculis Nobilis cuiusdā arcem, omnis generis præda, à rusticis eò tamquam in tutiore locum congesta, refertam diripuerunt. Idem non multò pòst tentarūt alij, sed non pari successu. Glacie enim fracta, in aqua omnes perierunt, & qui prædæ inhilarant, Neptuni pecori ipsi prædæ fuere. Primo vere sequentis anni idem Assan Bassa Sisseccium iterum obsedit, sed multò infeliori quam antea euentu, vt qui non exercitum tantum, verū etiam ipsam vitam, cum plerisque, qui partem aliquam in uniorum bellicorum administrauerant, & ipsius Amurathis ex sorore nepotem amiserit. Hac occasione Cæsareani ad prosequendam victorianæ exercitum Petrinæ oppugnandæ admouent. Sed quia continuæ erant pluiae, obsidio aliquot diebus fuit dilata, quod machinæ bellicæ & comedatus, vijs cœno profundis, difficillimè aduehi possent. Tandem cōportatis omnibus, obsidij fit initium: mœnia quinq; continuos dies verberātur. Nec verò segniūs hostes ex arce & castris tela spargebant, miscentur quotidie velitationes leuioresq; aliquot pugnæ, ad summam rei tamen nihil proficitur. Tandem obsidentes traductis per nouum pontē,

quem



Argentum ab anno depinxit et commenauit Gor. Blauegues A. 1597.

quem super Colapim exstruxerant, copijs, Turcas suis in castris adoriri decreuerant; verum quum Græciæ Præses ad terendam obseffis opem cum exercitu aduentare nunciatur, ne quid detrimenti acciperent, militem in loca magis tuta deduxere. Et ita tum quidem frustra tentata fuit Petrina.

Non multò pōst verò, nimirum Anno M.D.XCIV. dum Turcæ Iauarinum seu Rabam omnibus copijs oppugnant, Serenissimus Archidux Maximilianus, Stiriorum & Teutonici Ordinis, cuius Magister est, auxilijs adiutus, Petrinam, itemque Castroutium, & illam quidem vltima Quintilis in suam redigit potestatem, Turcis plerisque, quibus nocturnæ fugæ consilium non successerat, interemptis. Magna hic bellici apparatus vis reperta, & inter alia machinæ grandiores triginta.

Postea Anno M.D.XCVI. Turcarum Imperator Mahumetes, tot cladibus & infelicibus suorum prœlijs, in primis Strigoniensis urbis amissione irritatus, cum ducentis armatum miliibus Belgradum, inde Budam peruenit, bellum ipse administraturus. Primum eius de Agria obsidenda fuit consilium: quam & non multò pōst cepit. Vt verò Christianos vndiq; distineret, Assanem Bassam Bosniæ Præsidem exitinere cum viginti armatum millibus ad Petrinam obsidendum misit. Stirij igitur & finitimi populi, collectis omnibus viribus, ad opem suis ferendam itidem magnis itineribus Petrinam contendunt: sed quum in tanta celeritate exiguum apparatum bellicum secum apportassent, nec materiam ponti faciendo idoneam ad manus haberent, per quem copias fluuium Colapim traiicerent. Sisseccium digrediuntur, vbi Croatiæ Banus seu Præfectus iuridicus pontem tumultuario opere construxerat. Hostes fugere Christianos rati, Colapim in composite agmine traiiciunt, & in nostros impetum faciunt; quos illi mox expeditis armis instructisque ordinibus non fortiter tantum excipiunt, sed fundunt quoque fūgantque & in Colapim præcipites agunt. Huius cladis fama tantam in Turcarum castris excitauit trepidationem, vt copijs magna ex parte dilapsis, solus Bosniensis cum equitum aliquot miliibus & exigua Ianitsarorum manu remanserit. Post prælium hoc Christiani Sisseccium eodem die profecti sunt; ibidemque per pontem è ratibus constructum copias traduxerunt, eo consilio, vt hostes in castris inuaderent, aut cum obuijs prælio decerarent. Petrinam proficiscentibus sylua transuenda erat: per quam quum instructo agmine incederent, & iam dimidio à Petrina milliari abessent: Serdarem Bassam cum octo equitum peditumque miliibus obuiam habuerunt. Statim fit pugnæ initium, in qua quum vtrumq; aliquam multi cecidissent, tandem Christiani victores euaserunt. E captiuis cognitum est, Turcarum castra planè esse deserta, tormenta omnemque apparatum bellicum alio transportatum. Initio id credi non potuit: re postea verò comperta, lātinistri ad castra properarunt, quæ vacua inuenerunt, arcemque omni hostium metu iam liberatam ingressi sunt.

Ethæc quidem summa est eorum, quæ postremo illo inter nos & Turcas bello ad Petrinam gesta sunt: cuius possessio quum ad multas res Christianorum rebus opportuna, & in primis Croatiæ ac Stirij magno præsidio futura iudicaretur: Rudolphus Imperator Italum hominem Cæsarem Portam nomine, exstruendarum arcium valde peritum eō misit, qui pristinam arcis ac propugnaculorum munitionem planè immutauit, tum nouam arcem ultra Colapim ponte iunctum excitauit, vt qui vtriusque effigiem inter se contulerit, vix veteris vestigia deprehensurus sit.

FANVM S NICOLAI.



Von à S. Nicolao nomen habet oppidum, Turcæ occupato Solnoco, à quo non longo distat spacio, ad eam quæ cernitur formam munierunt, ut illis quasi propugnaculi vel antemuralis esset loco. Mœnia habebat satis valida, sex propugnaculis eminentibus, atque inferiori parte è saxo & laterc constrūctis distincta; quibus fossa satis lata prætendebatur.

Ad plagam Meridionalem Salamnis præterlabitur. Ager tritici, vini, ac quorumuis terra nascentium ferox. Oppidum ipsum Turcæ insigni delubro seu Mosquita, balneis, alijsq; tam publicis, quam priuatis ædificijs exornarunt, & non paruis diuitijs cumularunt; frequenter inde ad prædas & rapinas egressi.


Huius possessionem quum Turcæ quadraginta & duos annos quietam possedissent: tandem Anno m. d. xcvi. die xx. Octobris, in opinato ac veluti Panicō terrore percussi reliquerunt. Quum enim Cæsarea Maiestas Rudolphus II. bellum contra fœdifragos Turca summis viribus gerere constituisset, & euocato è Belgio ad supremæ militiæ munus Mansfeldio Comite, Archiepiscopalem yrbe Strigoniū obsidione cinxisset, vt hostis vndique distinere tur, Maximilianus Archidux cum validis copijs Tibiscum ponte constratum traiecit, consilium è re nata & occasionem capturus. Ea de re quum trepidum ad præsidiarios huius ac vicinorum locorum perlatum esset nuncium, missis exploratoribus quum se peti vel coniecturis, vel indiciis accepissent; conuasatis quæ asportare poterant, ac quæ non poterant, corruptis, ne quid nostris esset usui, igne subiecto ædes omnes tam publicas, quam priuatas concremarū; atque inde aliò, Solnocom maximè, dilapsi sunt. Id ubi Archidux intellexit, quum ob Solnoci & aliorum Turcicorum præsidiorum vicinitatem loci defendendi nulla spes esset, adducto propriū exercitu, mœnia ac propugnacula solo æquari, fossam expleri, turre ac reliqua ædificia deiici, ac vicinum arci vicum incendi iussit, ne nouum latronibus in Christianorum perniciem receptaculum locus præberet.


Tantus verò tum, ob Strigoniū, Vicegradum, aliaque magni momenti oppida & arces à Christianis occupata, Turcarum animos terror inuaserat, vt quæ olim maximis laboribus multoq; sanguine loca expugnauerant, non hic tantum, verùm etiam alibi passim, ne viso quidem interdum hoste, deseruerint Serenissimus certè Archidux, vt victoriae insisteret, statim inde copiarum partem ad Seruassium castellum misit: idque xxii. Octobris simili fortuna occupatum, trecentorum militum præsidio firmauit. Vigesimo autem quarto Octobris die, tribus inde milliaribus distantem arcem Beckesium, itemque aliā Erdegium nomine, similiter in potestatem suam rededit: sicque sex dierum spacio quatuor Turcis loca & satis munita, & tenebentibus valde opportuna eribuit, atque ita liberum ijsdem inter Solnocom, & Giulam transitum seu commeatum interclusit.

SANCTONICOLAVM

Vulgo S. Nicolás oppidum in Superiori Hungaria prope Zolnatum quod ipsi met Turce aduentante Ser. Maximilano anno creuerunt ac dereliquerunt. Anno Domini M. D. XCV. die XX. Octobris.

Communic. G. Hofnaglius.





Z A R O S.




AROS siue Saros, superioris Hungariae, qua parte Septemtriones respicit, propugnaculum, tam natura quam opere munitissimum, ab una parte oppidum Eperies, ab altera Sibinium habet, tam vicina, ut illud quidem vix quinto lapide, hoc vero tanto altero plus distet. Situm est in monte edito, hinc syluis & virgultis impedito, illinc vineis exculto, unde in subiectos agros amoenissimus patet prospectus. Radicem montis fluuiolus abluit, ad multas res, in primis ad molendinorum usum opportunus: citra que in vbi ager in planitem expanditur, magnifica villa, cum hortis letissimis, & adiunctis aliquam multis tuguriis, ad instar suburbii, visuntur. Ab altera parte regio ferè omnis in colles attollitur, quorum plures optimum vinum producunt. Læta hic tam ad aucupium ac venationem, quam pecorum pastum matres, ut & aliorum omnium, quæ ad usum ac cultum vita pertinent. Olim quidem maximis cum totius Hungarici regni incommodis, Bohemorum latrocinijs ut turam, ita diuturnam præbuit, ut ita dicam, Apothecam. Verum ut res ipsa melius intelligatur, paullò aliud nobis totius rei series repetenda est. Elisabetha Sigismundi Imperatoris Bohemiae ac Hungariae Regis filia Alberto Austriae Archiduci nupta fuerat, & vterque post illius obitum Hungaria regno sunt inaugurate; missaque legatione idem à Bohemis impetrarunt, quibusdam tamen renentibus, qui Casimiro Poloniae regis fratri regnum detulerunt. Vnde grauissimum bellum ortum: in cuius medio amore Alberto mortuo, Elisabetha grauida relieta, præpropero consilio Optimatibus ipsa de eligendo novo Rege, ac sibi marito, consilium proponit, quorum suffragia in Vladislauum Casimiri fratrem Poloniae Regem inclinarunt. Regina non multò post puer enixa, consilium illud suum ac procerum decretum irritum cupiebat. Sed frutra: quod Legatis, qui Cracouiam iam venerant, res non amplius integra videretur. Illa nihilominus, magnatum aliquor adiunctis sibi studijs, puerum quadrimefrem, indito Ladislai nomine, Alba coronari præcurat: nec multò post coronam inaugurandis Regibus antiquitus deputatam, mirabili dexteritate, vna cum puerō ad Fridericum Imperatorem asportat. Inde in Hungariam reuersa, quum è proceribus præcipuos Polono fauere animaduertisset. Zolium oppidum, Cassowiam, aliqua complura, vna cum montanæ provinciæ Praefectura, Gisera viro apud Bohemos nobilato genere, & consilio manuque prompto, rapinis insuper obnoxio, dono dedit: qui mox collecta tam popularium quam aliarum gentium audacissima multitudine, minimè illis contentus, quæcumque potuit oppida vi cepit, ac noua insuper quadam construxit. Inter illa etiam Zaros fuit: quam ad duodevinti annos sedidit, per viuferam ultraiorem Hungariam ad Pestum usque latrocinijs, cædibus, incendijs debacchatus: adeo ut nemo tanti futurus videretur, qui funestam extirpare gentem, & hac peste regnum purgare posset, nisi Deus Matthiam Coruinum, ynicum perfecti Regis exemplar, Hungaria regno admouisset. Is enim composito quod cum Cæsare gesserat bello, statim ad Bohemos è regno profligandos se se accinxit: ac per legatos quod adhuc adolescentes esset) mira felicitate pleraque ab eis inselta oppida ac præsidia expugnauit. Zaros adhuc cum paucis supererat: quam Pan Matthias, Corabis, alijsq; notæ fortitudinis duces, Gisera nomine, cum validissimo præsidio tenebant. Ad radices montis Bohemi ligneum exstruxerant castellum: quod Stephanus Baroris (cui belli illius curam Matthias Rex illa parte demandarat) peditatus, ipso absente, aggredi, vi cepit. Nec mora: descendunt ex oppido Bohemi, ac conserto cum Hungaris prælio, quasi viatores discedunt. Hinc ferociores facti, Sibinium petunt, ut ligneam ciuitatem incenderent, ac Stephani cohortes deterent. Atrox hic iterum commissum prælium, maiori cum Hungarorum quam Bohemorum damno, His de rebus edocet Stephanus, vna cum fratre Emerico regni Quæstore, quum vi expugnandi oppidi nulla spes esset, obsidendum statuunt; statimque omnia itinera & vias ita occupant, ut nihil commeatuum à Gisera posset inferri: quorum penuria laborantes Bohemi, missis ad Batores litteris, colloquium petunt, quo impetrato Pan Matthias cum collegis de deditione Sari eiusque legibus agunt; ac post dies aliquot ita transigunt, ut dedito oppido, vita & fortunis omnibus saluis discedere sibi liceret. Tanti vero momenti fuit oppidi huius recuperatio, ut non modo vicina Bohemorum præsidia, Viuarium, Bichinem, Scepsum, Kesmarū, &c. secum traxerit, verum etiam ipsum Giseram rebus suis diffidere incipientem, Matthias regis gratiam implorare coegerit: qui fortissimi viri operam sibi non inutilem fore ratus, non modo venia dignatus est, verum etiam in præsenti quinque ac viginti aureorum millioni dono, & in perpetuum Lippæ ac Soli Praefectura, honestissimo insuper coniugio, data ei viuis è Proceribus filia, condecorauit, eiusque fortis & fideli opera ad extrellum usque spiritum deinceps vñus est.

ZAROS

Superioris Hungariae ciuitas,
& propugnaculum.



Communicauit Georgius
Houfnaglus a 1617.




P A L A N C A:

VNde nomen hæc superioris Hungariæ ciuitas vel arx potius acceperit, vim vocis non ignorantibus obscurum esse non potest. Palancam enim non Hungari modo, sed Germani etiam ligneam appellant sepem. Et sane ea est omnium tam in Hungaria quam Polonia ac tota Russia monumentorum ratio. ut pleraque ligneis constent septis, terra expletis, virgultis intersertis. Licet vero arx ipsa muro cincta sit, sepem tamen eadem habet ligneam, ad retardandos hostiū assultus percommadam. Oppidum ipsum, vel vicus, qui ultra fluuiū est, paucas habet ædes atque habitatores. Quia enim arx ipsa infirmior est quam vt vim etiam nō maximam sustinere possit; variam ea fortunā sensit, ac modo in Turcarum, modo in Christianorum fuit potestate. Et ab illis quidē detenta fuit usq; ad Annū M. D. XCIII. quo post Filecum captum, Turcæ metu consternati nō Palancam modo, sed & plerasque vicinas arces ac præsidia, Trigellum, Blauestenum, Zetschinum, aliae complura, turpi fuga deseruerūt, à nostris postea sine ullo labore aut sanguinis effusione occupata. Eadem tamē ad excursiones, prædasque in hostico agendas valde opportuna est. Vnde præsidiarij non semel magnis cladibus hostem affecerunt, & opimis onusti spolijs redierunt. Anno M. D. XCIV. exente Februario ijdem, adiunctis sibi vicinarū arcū præsidiarijs de nocte Vaciam usque profecti, id oppidum, per vallum enixi, oppressis excubitoribus, & per et fractas portas suis intromissis, subito ceperūt, & magna strage edita cōuasatis quas poterat rebus, aree etiam nequicquam tentata, opulentā prædam dōmum retulerūt. Non procul inde absunt duæ in primis munitæ arces, Trigellum nempe & Nouigradum; vtraq; monti imposita, sed hæc tā situ quam opere magis firma. Non enim muro tatum verum etiā profunda in saxo excisa fossa, tum sepe etiā crassissima & spinis cōserta cincta est; vt à paucis vel magnæ copiæ facile propulsari possint. Hāc anno M. D. XIV. iussu Serenissimi Archiducis Matthiæ, nūc glorioſissimi nostri Imperatoris, tū vero supremi in Hungaria militiæ Præfecti. Palphius Hungarorum ductor oppugnare instituit. Id consipicati Turcæ, incenso quod monti subiacebat oppidulo, in arcem se se receperunt. Econtra Palphius, subductis in monte aduersum tribus tormentis arcem vehementer quassauit, & præsidiariis multū damni dedit: qui nihilominus tam armis quam missili igne strenue se defenderūt. Quum autem sequenti die ipse imperator cum mille nigris equitibus alijsque copijs in castra venisset, subductis in monte quatuor tormentis, & duobus inferiori parte collocatis, multo acrius in arcē fulminari cœptū est, sic vt magna muri pars & turris portæ propinqua cōtinuis ictibus conuulsæ ac deiectæ fuerint. Quare periculo suo territi Turcæ ad imperatorem nonnullos ē suis ablegarunt, qui ditionē eiusque conditiones pacis cōrentur. Sola vitæ incolumitas abeuntibus cōcessa: sicque arx hæc quam plusquam sexaginta annos Turcæ tenuerunt, in Christianorum rediit potestatem. Prædæ in arce parum repertum; sed multa animarum millia grauissimæ seruitutis iugo liberata sunt; tum vicinis arcibus & præsidiis, Palanckæ in primis, non parum virium & securitatis accessit. Begus qui arcem tradiderat, à Bassa Budensi causam dicere iussus, quamvis idoneas afferret excusationes, nihilominus ignaviæ condemnatus, ac noctu strangulatus, deinde in publico frustulatim fuit concisus, non tam iustitiæ quam vindictæ studio, & iacturæ dolore.



Communicat Georgius Housnaglus
acceptum aliamde A° 1817.



V A R A D I N V M.

VA R A D I N V M cognomento magnum (est enim in Hungaria aliud Petri vulgo dictum, Ecclesia Colocensi subiectum, quod amissis Belgrado Christianis pro limitaneo contra barbarorum insultus praesidio ab illa parte fuit (Varadinum inquam, nobile est Dacie Mediterranea, siue Transylvanica, qua Hungariam spectat, oppidum, Ecclesia Cathedrali ornatum, loco amoeno ad modum ad Chrysum fluuium (Kevvres vulgo) situm, qui e Carpathijs montibus ortus, aureas glebulas, atque adeo ramenta quoque secum deuoluti; unde & nomen accepit. Initium huic Civitati praeceps Monasterium, à Beato Ladislao Hungariae Rege in honorem Deiparae Virginis circa annum M. XC. constructum: in cuius Basilica dicti Regis corpus honorificè tumulatum religiosè afferatur. Quineriam statua aliquot ex ære fusili videntur, quarum una equestris, iam dicti regis effigiem repræsentat. Licet autem initio nec ipsum Monasterium, nec subiectus ei pagus magis quam ciuitas valde munita fuerint; tanta tamen paullatim eò confluxit hominum multitudine, ut inter primarias eorum locorum ciuitates semper fuerit habita. Sed & varias fortunæ mutationes ac calamitates eadem perpetua, præcipue vero à Tartaris Anno M. CC. XLII. omnis atatus & sexus hominibus interfecit, foedum in modum directa, destructa & excisa est: quam historiam oculatus testis quidam M. Rogerius Canonicus Varadinensis, parum quidem Latinè, distinetam tamen ac non indecè descripsit. Exstat opusculum hoc inter variis Rerum Hungaricarum Scriptores à Ioanne Sambuco editos. Inde petat qui volet. Certè similia inauditæ crudelitatis exempla vix alibi extare arbitror.

Ceterum ut ea quæ à nostrorum tempora memoria propius absunt, persequamur: postquam magna Hungaria pars in Turcicam concessit seruitutem, Varadinensis arx, vtpote in qua ad subiurgandam ab ea parte Transylvanianam magnum esset momentum, diligenter muniri coepit; quamvis in ipsa ciuitate ad sustinendos hostium insultus parum esset praesidij. Grauissimam vero omnium accepit calamitatem, quando Anno M. D. XC VIII. Sigismundo Batore, qui se ac Transylvanianum Principatum, acceptis in Silevia Oppeliensi ac Ratiboriensi Ducatis, Cæsari dediderat, ad suos reuerso, ac nouis rebus studente, exente mente Septembri, ab Omare Turci exercitus primario ductore, obfessa fuit. Erat ibi tum Melchior Rederus, nobilis Silesius, rei bellicæ gloria illustris. Is comperto hostium aduentu, quamquam id in mandatis non haberet, praesidiariis tamen rogantibus manus surum se recepit: quem retinere eos aliter non posset. Statim igitur sedulò omnia toleranda obsidioni praesidia comparat, & militum animos ad quævis pericula subeunda vehementer oratione inflamat: oppidum eòtra vim non satis munitum incendit, comportata priùs quæ ibi reperta erat in arcem alimonia. A ciuibus vero impetrare non potuit, ut in arcem, eandem subiurum fortunam, recipere se vellet, præter paucos: in quibus duo signa peditum praesidiariorum erant, Gothofredo Rubitio ductore. Quod reliqua ignis violentia fecerat, statim ab aduentante Turcarum exercitu fuit direptum: è quibus tamen multi in ipso conatu ab Haiduccis oppressi perierunt. Primo & secundo Octobris diebus Turcæ munitiones excitarunt, aquam è fossis deriuarunt, & tormentis fulminare coeperunt. Ilis ipsis diebus Rederus, sua cuique statione designata, milites Germanos ad se vocatos sacramento obstringit: ne quis cum hoste colloqui aut consilia communicare, multò minus ullam deditioñem facere ausit, edicit. Id enim ei capitale fore qui fecerit; & ei quoque qui in conscientiam assumpimus, non statim ad suum rem omnem detulerit Praesidum. Promptissime omnes iurarunt: ut & postridie Hungari Rederus ut contra, se vitam fortunamq; cum eis communi periculo expositum, & ad extremum usque spiritum constantissime demicaturum, sanctè promisit.

Porrò quinque sunt præcipua arcis propugnacula. Primum quod ad palatum est, Kyraliuanum appellatur; cuius custodia Niaro Pauli fuit commissa. Secundū ligneum dicitur, quod e lignis & terra aggeta sit exstructū, cuius defensionem Kyral Georgius, arcis Praefectus, suscepit. Tertio Tscheucæ nomen est. Quartum aureum. Quintum denique Venetum, à suburbio ei subiecto, indigetur: ad quæ Rubitius cum suis excubare iussus. Primus impetus in Ligneum factus est: quod bis à Turcis incensum, nostrorum opera incendio restincto, seruatū est. Ne vero idem periculum sèpè esset subeundum, obfessi intra sepimentum, quod terra expletum ambitu suo vniuersum propugnaculum complectebatur, fossam ducunt, & militum ibi stationem collocant, qui & Turcas inuadere tentantes exciperent, & eorum conatus in tempore anteuerterent & disturbarent. Sexto Octobris hostes aquam à mola, quæ paulò suprà arcem est, in fossam arcis influentem alio diuerterunt: sequenti verò nocte ad Kyraliuanum cuniculos agere coeperunt, excubitorum incuria non deprehensio eorum conatu, qui eam negligientiam capite luerunt. Sequenti die, nequid ibi damni acciperetur, quatuor Haiducci, promptæ audacie, inchoatam hostium substructionem ingressi fossorum expulerunt, & instrumenta ibi reperta in arcem secum asportarunt. Octauo, ad Tscheucæ propugnaculum cryptam itidem moliti sunt Turcæ tanto cum ardore, ut crebris vndique telis petiti, nihil tamen de labore remiserint, in cæsorum locum semper recentibus alijs atque alijs summissis; nec priùs absisterunt, quam murum subtergressi, extra teli iactum se se constituissent. Ad hos excipiendos obfessi ex aduerso cuniculos ducere fatigabant, sed locorum difficultate impediti opera precium facere non potuere. Postea undecimo eiusdem mensis die viginti quinque pedites Hungari in eam fossam, quæ Ligneo propugnaculo prætentam fuisse diximus, ad excubias agendas collocati, quum nocturnis vigilis fessi circiter meridiem somno se dedissent; à Turcis (qui animaduersa eorum negligientia, lntribus fossam traece-
rant) oppressi, & partim interfici, partim in arcem compulsi sunt. Hoc successu alacriores facti, & aliquid amplius audendum rati, lntres ad sepimentum, siue loricam ligneam admoliuntur: longurios primū, deinde pa-
los recidunt, terra fossam complent, atque ita se tegunt, ut triginta fossoribus facilè tutus esset locus. Pulucrī cuniculis duobus in locis, ad Kyraliuanum & Tscheucanum scilicet propugnacula, illato, obstructis spiraculis,

Turcæ



Turcæ xii. Octobris ignem subicerunt, interea in procinctu stantes, ut per ruinas in arcem irrumperent, quod consilium solius Dei misericordia discussit. Siue enim meatibus subterraneis non rectè interclusis, siue quavis alia de causa, ignis per os cryptæ, quæ illatus erat, magna cum violentia erupit, & praterquam quod munitioni nihil nocuit, multos Turcarum proximè adstantes adflavit atque ambusserit, ceteros ita perculit, ut perspecta opugnationis difficultate, sensim eo die pedes referrent. Sequentes aliquot dies cuniculis agendis consumpti. Die verò xvii puluis sulphureus ad Tscheukanum euertendum propugnaculum collocatus, igne admoto, procurrentem eius angulum, cum duabus vtrinque alijs (quarum interstitium passus viginti duos complectebatur) à fundamentis conuelliit, ac ruinis fossam complet: per quas Turcæ, agmine facto, mox irrunt; simul idem alij ad Ligneum faciunt propugnaculum, quod obfessos pluribus locis distinxerant ac defatigarent: sed Dei benignitate, & incredibili militum virtute depulsi, tandem cito signis amissis recepti cecinerunt. Ex obfessis in hoc conflitu arcis quoque Praefecto amissi. Nec segnius per sequentes dies à Turcis irrupio tentata. Vicefimo aetrox pugna ad Kyralianum commissa est propugnaculum: cui itidem suffosso puluerem subdiderant hostes, eius incensi vi vallo quantumvis firmo, disturbato, hiatus ad vnde triginta circiter cubitos patebat: fossa tamen senos tricenos passus lata, & mediocriter profunda, impressionem molientes remorabatur. Ei ergo dolia, vtres aliaque, quæ supernatantia flumen portat, iniiciunt; his trabes, tigna, gerras superimponunt, in de tribus locis tanta contentione irruunt, ut eo die omnino mori velle viderentur: quod & plurimis euenit. Quid multis? Nullus certè totius mensis dies abit, quo Turcæ non tam cuniculis, quam vi irruptionem tentarint: eo tamen exi-
tu, vt illos numero, Christianos diuinæ opis praesentia superiores esse facile appareret. Tandem verò hiberna tempestate fluuius aufto, & ingrauecente coeli iniuria, vasis collectis, tertio die Nouembri obsidionem sol-
lidunt, & copias Solnocum, inde Budam deducunt. Inter paucas memorabilis est hæc obsidio, in qua hostium tredecim millia, è Christianis mille & trecenti varijs casibus absumpti dicuntur. Gratia in de Deo actæ: & Rede-
ximus, qui toto obsidionis tempore, cum æterna nominis sui laude, summa eura peritiaque omnia administraue-
rat, cum magna captiuorum turba, vexillis, equis, Cassouiam profectus, magna cum omnium gratulatione ex-
cepimus fuit: arcis custodia Niaro Pauli, dum Cæsar ea de re statueret, commissa.

Hæc eò prolixius hoc loco recensere voluimus, vt intelligeretur è præcipuis Hungariae, ei que confinium re-
gionum, que adhuc in Christianorum sunt potestate, hoc non esse postremum. Ciuitas quidem ipsa olim am-
plissima, tota penè deleta est: sed paullatim restauratur. Episcopos habuit multis, quum rerum vsu, prudentia
ac doctrina præstantissimos, tum singulari nobilitate præcellentes, ac rerum gestarum magnitudine claros. V-
nus instar omnium sit Georgius ille è Franciscano Monacho Varadinensis Episcopus, ac Regni Thesaurarius:
qui tantum auctoritatis sibi acquisuerat, ut parum à regia potestate abesse. De cuius rebus gestis ac nece fusè
scriperunt Historici.

Etsi denique Hungaria præ ceteris regnis saluberrimarum thermarum abundet multitudine (de quibus e-
legantem edidit libellum Georgius VVernerus) Varadinensis tamen, eodem teste, plerique pri-
mas tribuunt: in quo tamen eos amoenitatem potius earum quam salubritatem spe-
ctare dicit: vt quæ sint calore temperato ac pericundo; præterea
tam puræ ac dilucidæ, vt speciem rerum quæ iniiciuntur,
ampliorem quam ipsa sint, reddere
videantur.

CLAVDIOPOLIS

ſive

COLLOSVARIA, vel CLAVSEMBVRGV

vulgo, Saxonica Transylvaniæ ciuitas.

CIVITAS hæc Transylvaniæ ex ijsvna est, quæ Saxonica vulgo dicuntur, à Saxonibus, qui Caroli Magni tempore, quum leges ab ipso impositas tolerare recusarent, in has oras profecti, regionem armis occuparunt, inque ea septem a mœnissimas ciuitates partim de novo condiderunt, partim ante conditas restaurarunt & amplificarunt, instituta ad eam formam qua hodie liberae in Germania Ciuitates censemur Republica. Porto Claudiopolim minime nouam esse vrbem, sed illam ipsam quæ à Ptolemaeo Zeugma nominatur, Ioannes Hortilius Transylvanus apud Maginum putat, & à Græcis edificatum, postea à Romanis (a quibus fortè in Claudi Imperatoris honorem nomen ei inditum) ac tandem à variis barbaris gentibus infessam. Hodie certè viuens Transylvaniæ prouticia in tres diuiditur nationes, suis inter se ritibus, moribus, legibus, & linguis etiam dissidentes, ipsamque distinctis terrarum locis incolentes: nempe Saxones, Ciculos & Hungaros: quibus etiam nonnullib[us], ac præsertim in desertis locis ac villis, Walachi permitti sunt, nullam ferè aliam ne-gociationem nisi rem pecuariam exercentes, & furtiuo plerisque etiam boum & equorum abigent se & alentes. Scribit Reichtsdorfferus, tres has nationes coniunctis ad bellaciam expeditionem copiis ac viribus, iuxta communem calculum, ad nonaginta & amplius armorum millia appetitare posse. Quamus autem olim Saxonum gens his locis præpotens fuerit, atque etiamnum munitissimas vrbes ac loca totius prouinciae fertiliissima incolat; paullatim tamen vel Hungari prævaluerent, vel Saxones in Hungarorum mores ac ritus cōcessere. Quod etiam huic ciuitati accidit: quia cum paucos ante annos à Saxonibus solū habitaretur, codem Hortilio teste, temporis successu, magistratus incuria, Hungaros hospites admisit, qui pedentem Patriis fesse insinuantes, mox ciues recepti sunt, & hoc tempore communi cum Saxonibus iure ac priuilegijs fruuntur: sic vi ludicem & Consules alternis vicibus quotannis concordibus suffragijs ac pari numero elegant; & hi Hungarum, illi Saxonem, suos quisque Senatores salutent. Vrbs ipsa in planicie sita est, circa quam tamen ager, præsertim ad Orientem, in colles exsurgit. Solum non frumenti modo & omnis generis frugum ac leguminū, sed & vini ferax est. Tota tam murorum ambitu foris quam intus ædificiorum structuris est splendenda. Ad portam Portinam hac epigramma Traiano Imperatori inscriptum, & è vetustate seruatum legitur:

I. M. N.

TRAIANO PRO SALVTE IMP. ANTONINI ET M. AVRELII CAESA. MILITES CONSISTENTES MUNICIPIO POSVERVNT.

Non procul hinc Chrysus flauius, qui Hungariam à Transyluania disternat, è Dacia montibus Pannoniam contingentibus ortus, inter a speras & præcipites Alpes continuis anfractibus & celeri meatu delabitur: ubi Walachi in desertis ædibus habitantes, re pecuaria & pisciū è dicto flumine optimorum copia, victum si-bi querunt. Hic enim flauius præ ceteris nobilissimi piscibus, abudat, nimirum fundulis, capitonibus, auratis, trutis, & id genus. Quin etiam aurum, non minus quam Tagus Hispaniæ, voluit, vnde & nomen accepit.

Non longè ab hac ciuitate duæ è regione sibi opposita rupes in miram altitudinem fere extollunt, inter quas flauiolus quidam satis præcipiti cursu dehabitetur, de quo idem Reichtsdorfferus sequentes apponit ver-siculosus:

Hic gemine pariter tolluntur ad etherarupes,
Saxaq, prærupis canibus alta rigent.
Riuulus hinc curfu fluit inter utramque rapaci:
Aureus hunc nitidis excipit amnis aquis.
Perspicua est ipso aspectu, que sumitur vnde.
Candidulos scrupos fundus & imus habet.
Ante locis transis vicenis atque nouenis,
Quam celsum videoas quo fluit ille ingum.

Quantas vero calamitates ac rerum mutationes, vna cum tota prouincia, ciuitas hæc superioribus annis exper-ta lit, quibus Sigismundus Bator, rebus initio feliciter contra Turcas gefitis, Principatum hunc suum Imperatori Rudolpho II. tradidit, deinde ab eodem rursus defecit, relicta vtrò à se vi recuperare aggressus, publice testantur historie. Sed hæc leuia fuerunt præ illis quæ sequentibus intestinis pertulit insidiis, Andreæ Batoris, Botfai, Mosis Zeccleri, Ragotfii, Bethlini Gaboris, & aliorum Principatum sibi affectantium ambitione ac-censis. Quin hodie etiam viuens prouincia factionibus ita fluctuat, vt verendum sit, ne tota tandem in Tur-ciam seruitutem vltro se præcipitet. Quod Deus Opt. Max. clementer auertere didnetur!

CLAVDIOPOLIS
COLOSWAR vulgo CLAVSENBURG
Transiluanie ciuitas primaria.



Servit. Ferdinandi Archiduci Aus
Stirze, Carinthie, Carniol. Et. Ducis
Pfor. Egidius vander Rye Bega principat.
communi. Georg. Heuffnagius. Anno Dm 1617.

Occidens.

Nobilis nupta Transiluanæ

Nobilis virgo Transiluanæ



Seri
Stin
Pic
com

CASTANOVITIVM.




Murathes III. Turcarum Sultanus, postquam Anno M.D. XCII. Hafsanis Bassæ præcipue instinctu, pacem quam haec tenus cum Cæsarea Maiestate Rudolpho II. coluerat, perfide violasset; id vnicè operam dedit, ut ea occuparet loca è quibus tam Germaniæ quam Italiaæ non metum modo intentare, verum etiam arma commodissime inferre posset. Quam ad rem quum Croatiam peropportunam sibi sciret, primo vere dictum Hassanum cum iusto exercitu eo misit: cui vix eam regionem ingresso, Castanouitium, tam loci genio quam operibus munitum valde propugnaculum, militum proditione fuit deditum. Arx hæc in insula quadam, quam Vnna fluuius efficit posita est; in cuius altera ripa vicus est non incelebris: altera vero tuguria itidem aliquot habet, & late patentes campos, vini, frugum, omniumque terra nascentium feraces, & opimis pascuis lætos. Nihil hic omnium rerum quæ ad vitam commode degendam spectant, quis desideret; tum ea est loci amoenitas, ut quacumque oculos circumferas, vix maior esse possit: tantoque magis dolendum sit, tam cultum, tam pingue solum ab infidelibus barbaris insideri ac teneri. Quum biennium, & eo amplius in hostium potestate fuisset Castanouitium, Anno M.D. XCIV. adulata æstate à Serenissimo Archiduce Maximiliano, vnâ cum Petrinia, ductore Lencowitzio, Croatiarum Præfecto, in Christianorum ditionem est redactum: vtræque tamen arces non multo post in Turcarum rediere potestatem. Et Pertriniani quidem arcis munitionibus diffisi, Rustantis Begi, qui ex vulnera in velitatione accepto obierat, abducto secum' cadavere, Castanouitium velut ad tutiorem locum sese receperunt, Petrinia Christianis relicta. Biennio post, nempe Anno M.D. XCVI. mense Iulio, Iohannes Sigisimundus Baro Herberstenianus, cum delectis trium regionum, quas Slaуonicas vocant, copiis Castanouitium obsedit, & admotis tormentis muros verberare coepit. Id quum comperisset Bosniæ Præfectus, contracto repente quantum poterat exercitu, Christianorum castra aggredi, & obessis opem ferre decreuit. Ei vltro obuiam profectus Heberstenius prælij copiam fecit; cuius is fuit exitus, vt Turcis quadringentis circiter cæsis, reliquis fusis ac fugatis, nostri tres hosti machinas campestres, multaque vexilla eripuerint: incertam spem arcis breui recuperandæ recti: quæ tamen eos fecellit. Dum enim Christiani securius quam hoste tam vicino oportebat, agunt, quingenti à Bosniæ Præfecto summissi milites in arcem clam penetrarunt, illato etiam quantum fere poterant comeatu. Iamque idem Præfectus cum copijs duplo maioribus in procinctu erat, nostrorum castra summis viribus oppugnaturus. Quocirca Herberstenius suum ac suorum periculum intelligens, soluta obſidione inde discessit, copiasque suas in tutum reduxit. O diem illum videamus, quo Christiani Principes positis intestinis simultatibus & bellis perniciosissimus compoſitis, omnes suas vires in unum hunc hostem conuertant, totque ac tam præclara regna, prouincias, vrbes, oppida, arces, tamque multis animarum myriades è grauissima feruitute in libertatem vindicent. Sed hæc optare magis licet;

quam sperare.

CASTANOWIZ
Croatice Propugnaculum.



Communicavit
G. Houfnaglus
Anno 1617









CRACOVIA.



OLONIA proprio nomine sic dicta, in duas partes diuiditur, quarum quæ Saxonibus Pruteni que confinis est, & Varta fluuiio irrigatur, *Maior*; altera, Hungariae ac Russie obiecta, & Vistula fluuiio perfusa, *Minor* vocatur. Illa Septentriones; hæc Austrum spectat. *Maior* dicitur, quod in ea Lechus, primus Polonorum imperij auctor ac fundator sedem suam sive regiam habuerit, in Gnesnensi scilicet, Archiepiscopal hodie urbe: quæ Cracoviæ translata, *Minor* Polonia maius nomen ac celebritatem conciliauit.

Porrò Cracoviæ, Regiæ Poloniae, Daniel Cellarius in speculo suo Cosmographico sic describit: *Complexitur*, inquit, *minor Polonia Vandali seu Vistula fluuii fontes*, & CRACOVIA, celeberrimam ac amplissimam urbem, in qua Regia est totiusque regni gaza. *Rundissa* fluuius (Rundauum Cromerus appellat) urbem circumiuuit, & aquaductibus quoque eandem perluit. Diuiditur autem à nonnullis urbs Cracoviensis in tres distinctas ciuitatis. Tres enim Curias & iudiciales conuentus habet. *Vna* earum Cleopardia dicitur, & Cracovia adharet ea parte, que Silesiam respicit, tanquam suburbium aliquod. Ipsa vero Cracovia ad Vaneulum montem sita in cuius summitate Arx Regia) Vistula fluuii ex altera parte ponte iungitur ligneo, qui ad Casimiriam urbem ducit. Hæc celebri Academia floret: quam primi quidem Hedwigis & Casimirius Reges fundasse, Vladislau autem anno salutis reparata M. CCC. restaurasse perfecisseque dicuntur. Hæc ille breuiter quidem, sed, satis ex fide, vti typus ipse demonstrat.

Iam vero opera precium facturi non immerito nobis videmur, si non modo vberiorem Regiæ huius urbis descriptionem iubiungamus, sed etiam prima eius incunabula & originem, Martini Cromerifidem potissimum sequenti, paucis indicemus.

Post Lechi I. interitū Polonia Aristocratico rēnigimine à X. II. Dicibus sive Palatinis, quos gentes illa hodieque Vnuodus sua lingua appellant, & cuius dignitatis etiamnum in Polonia simulacra conficiuntur, aliquandiu gubernata fuit. Quum vero Poloni illud, quod sapientissimo Poëta dictum est, re ipsa verum esse dicidissent, noxijs scilicet esse subditis regnantium multitudinem; Aristocratici status & malarum inde prophanantium perturbati, celebratis regni comitijs, summan rerum ad Cracum quendam, sive Crocum, è Lechi Bohemorum Principis stirpe oriundum, virum ea atate, quum bellum pacis artibus excellentem, & vt Cromerus suspicatur, è Vnuodus vnum detulerunt. Is domitis finitimus gentibus, & qui in Poloniam incurserant, prostratis, hostibus, agris etiam passim colonorum numero repletis; Anno circiter post Christum natū DCC. insignē ciuitatē ad Vistulam fluuium, cum Arce, in scopulo V AVEL dicto, condidit, & à suo nomine CRACOVIA nuncupauit. Inepitire vero eos, qui Cractum hunc à Romana Grachorum familia ortum afferunt, Cromerus demonstrat. Fertur etiam immensis quadam bellua, quam Holophagum nonnulli, Solinus Boam appellat è Craconum genere, in antro montis (quod hodieque, exeso faxo, profundum ostenditur, & species Draconis dicitur) cui arx Dracoviensis impoſita est; cubile habuisse, & deuorāndis pecudibus, iumentis & hominibus, tum etiam pestifero suo anhelitu, omni viciniæ plurimum damni dedisse: quam Cracus obiecto vituli caducre, sulphure, pice, aliaque materia, quæ facile ignem clam delitescitentem concipit, inferto, interemerit, sicque quotidiana clade regionem liberarit. Hoc vero vtrum fabula vel histotia similius videatur, penes Lectionem esto iudicium. Nos ad urbis descriptionem accedamus.

Cracoviæ nobilissima & celeberrima Sarmatiæ vrbs (Prolemaō Carrodunum esse Petrus Apianus putat) polonici regni metropolis, Regumque dominicum, sita est sub gradu longitudinis XLII, latitudinis L. ac dimidio ferè: vbi maior dies æstatis est horarum XVI. cum octaua parte. Solum habet quæ viridanti arboribus planicie, quæ agrorum hor tortuque cultura, quæ Vistula & Rudauæ commoditatibus non modo amoenissimum ac peropportunum, sed frumentis etiam ac frugibus, nec non auro, argento, plumbo, cupro, ferto, lapide, calamino, marmore quoque & alabastro, alijsq; terra nascentibus foecundum. Aëre gaudet puro admodum ac salubri. Vrbs ipsa quum ædificiorum priuarorum iuxta publicorum splendore, tum rerum omnium ad necessitatem cultumque vita pertinentium copia; adhæc hominum frequentia, ciuitate, & elegantia, non solum inter Septemtrionales illas primum locum obtinet, sed etiam cum clarissimis Germaniæ, Italia, Galliæ urbis certat. Vnde fit ut non indigenis modò, sed & Germanis mercatoribus antiquitus semper abundarit. Sed neque Italii caret, quorum lingua post Latinam Poloni lubenter vtuntur. Præter admirabilem piscium copiam, quæ Vistula suppeditat, idem fluuius commercijs exercendis maximè inferit; cuius beneficio & domestica opes exportantur, & exoticæ importantur. Vrbi vtilem & iucundam aquationem Rudaua amnis per subterraneos canales, quum ad pupilla urbis & arcis loca, tum ad priuatas plurimas ædes deriuatus affatim præbet. Sed nec viuarum & è terra visceribus scaturientium aquarum fontes paucim de sunt.

Quæ propriæ CRACOVIA dicitur Regiæ Arci subiecta vrbs, vna ex parte, Austrum versus, ciuitatem habet Casimiriam vulgo, à primò eius conditore Casimiro Magno appellatam, & anno M. CCC. XLVI. fundatam. A Cracoviæ Vistula fluuiio interlabente separatur; sed ponte ligneo iungitur. In illa celebres Ecclesiæ sunt, Corporis Christi, Regularium Canonicorum Ordinis S. Augustini, Ecclesia S. Catharinæ, quam ipse Rex Casimirus fundauit, & dum primum fundamenti lapidem poneret, annulum digito detractum supposuit, in honorem Dei, & sui tanquam fundatoriæ memoriam. Visitur ibidem quoque ecclesia S. Stanislai martyris in rupe edita, quæ hebdomadatim feria sexta à populo deuotionis ac pietatis causa visitatur. Est etiam in eadem ciuitate templum B. Laurentio sacrum.

Ad ortum Casimiriam adiacet opidum Hebræorum, in vnum peculiarem ciuitatis locum compulsiorum, ijsdem inclusum moenibus: vbi scholam illi habent seu synagogam, His iudeo Christianus praefectus est, sub Vrbani Palatini tutela.

Intermedius Arci & Pöti vicinus iacet, Stradomia dictus: quæ flexus Vistula tria latera ambientis, & influens in eū Rudauæ occursus insulam facit. In hoc Ecclesiæ sunt S. Bernardi, S. Agnetis cum Monasterio Deo nuncupata.

cupatarum Religiosarum virginum; §. Hedwigis, cui insigne Xenodochium virorum senio confectionum, & ad paupertatem aliquo casu redactorum adiunctum est; & demum S. Sebastiani, cum simili pietatis officina.

Ad Septemtriones vero Cracouia prætenditur Clepardia suburbium, sed nullis cinctum muris, vt Casimira: in quo templo sunt Floriani; SS. Simonis & Iuda, cum Xenodochio non ita pridem exstrato; SS. Philippi & Iacobi: S. Valentini, cum Xenodochio: S. Nicolai, adiunctum habens Monasterium: & tandem Domus Episcopalis suburbana.

Ab Occidente ad portam Sutorum, suburbium habet Cracouia Cerdonum vicum: in quo visitur Ecclesia B. Mariæ semper Virginis in Arena (cum Monasterium Carmelitarum, & S. Petri templum. Hoc suburbium, olim frequens incolis, maxima ex parte Germanis (qui etiam suum ibi magistratum cum iuriadicendi potestate, ad instar ciuitatis habent) & aedificijs quondam, nunc horrorum cultura amoenum, Serenissimo Maximiliano Austriae Archiduce, &c. Anno M.D.LXXXVIII. urbem obsidente, magna ex parte impendio absumptum fuit, cuius vestigia multis in locis etiamnum apparent.

Extra Cracouiam & Cerdonum vicum villa est LOBZOVIA nomine, vbi per amplum Regium palatium conspicitur, a Serenissimo Stephano quondam inchoatum, & nunc a Serenissimo Rege Sigismundo III, majori amplitudine & magnificientia exadificatum. Villa hac hortis elegantissimis, pomarijs, vinarijs, piscium, diversisque habitationibus mirè exulta, muroque inclusa est, vbi Regia Maiestas a statem ferè degere ac ius dicere solet.

Ex aduerso Lobzouie Ecclesia est S. Leonardi cum Monasterio. Cui proximè adiacet oratorium Emaus, & Ecclesia S. Margaritæ.

Eminent circa Cracouiam duo nobiles tumuli, montium instar congesti. Vnus Austrum versus, ultra Vistulam in monte olim Lajotino, nunc Renkaua dicto, non procul à Casimiria ciuitate in quo Cracus urbis conditor, vt ipse mandauerat, sepultus fertur. Alter à Cracouia miliare vnum circiter distat, in conspectu urbis, supra amnenam Dublinam, vbi Venda, vnicæ haeres & filia Craci, tumulata iacet: quæ in Poloniae Ducum ordine quarta summa prudentia ac rara fortitudine, virginalem interim coelibem que vitam ducens, Rempublicam feliciter administravit; nec minus admirabilem sortita est exitum. Quum enim insigni formæ venustate (vnde meritò Venda, id est, hamus, dicta fuit) finitima gentis Principem insano amore accendisset, adeò ut quum blanditijs ille nihil proficeret, vi expugnare eam statuerit, sed victus, pudore mortem sibi ipse conficerit: illa virtus Cracouiam inuenta, vt virginitatem illibatam conservaret, diis patrijs solemnij ritus se deuouit, ac de ponte in Vistulam præcipitauit: cuius cadaver in Dublina ostio inuentum, proceres in supradicto tumulo sepelierunt.

Ceterum urbs ipsa multis insignibus templis, & non paucis Religiosorum virorum, virginum & mulierum claustris, Oratorijs, & religiosa Pietatis domicilijs exornata est: præcipuum B. Mariæ Virginis in medio urbis parochiale templum conspicitur, fulgenti plumbo teatum, cum duabus arduis ac præcelsis turribus: in quo Archiprefbyter est infulatus, cum numerofo Clero Iuxta est B. Barbaræ oratorium, Germanorum pietati olim assignatum. Proximum huic Sanctissima Trinitatis templum. Non procul inde celeberrimum Ordinis Prædicatorum cenobium. Sequitur Ecclesia SS. Petri & Pauli, venerandis & doctissimis Patribus Societatis Iesu, plenissima liberalitate & munificentia Serenissimi Regis Sigismundi III. feliciter adhuc regnantis, Anno salutis M.D.XCVII. in vigilia S. Iohannis Baptiste fundata & exstructa. Præterea amplissima Ecclesia S. Francisci, ordinis Minorum Conventualium; in qua B. Salomæ Regina Halicie, Boleslai Pudici Poloniæ Duci soror Ecclesiæ S. Andreae in hac eadem urbe fundatrix, sepulta quiescit. In hac sacra æde sedilia visuntur, tanta arte & elegancia ex piorum eleemosynis facta, vt similia vix alibi reperiatur. Non procul inde Templum est omnium Sanctorum. Sequitur aedes S. Iacobo sacra cum amplissimo Xenodochio & domo è lateribus constructa. Non longè hinc ab est Xenodochiū S. Spiritus, amplissimis prouentibus ad subleuandas pauperum necessitates dotatum. Sed longum sit profecto omnia augustiniana Cracouiensis ciuitatis tempora publica aedifica, alia que ad pios vius fundata enumerare: qualia sunt facte aedes S. Marci cum Monasterio contiguo, Protomartyrii S. Stephano nuncupato: S. Annæ, sancti Ægidij, B. Mariæ Magdalena. Sunt & aliorum Sanctorum ibidem Memoria, vni Deo zelosa Maioruni deuotione passim dicatae ac fundatae. Exstat in medio foro parvum Oratorium sive sacellum, singularem antiquitatem praesertim antea ante ipsam urbis Cracouensis fundationem constructum, in quo olim S. Adalbertus crudeliter tandem à Bohemis occisus, Christianam fidem Polonus docuit, nunc vero conciones ad populum habentur. Nunc quoque nouum Templum & Forum Cracouia habet amplissimum, in cuius medio prætorium visitur, vbi Reipublicæ negotia tractantur & ius dicitur. Senatoria hac domus longè ac procul conspicuum se præbet, turrim habens editam, è saxo quadrauo mira venustate & artificio exstructam.

Iam Arx Regia, in VAVEL collis lato admodum vertice posita, tam ampla est, vt iusti opidi potius quam Arcis speciem præse ferat; tam magnifica vero, vt cum splendidissimis vel in media Italia aut Germania arcibus contendat. Moenibus ac propugnaulis valde munita est; tuni præter Basilicam alia que aedifica, templum habet B. Stanislao dicatum, in quo beati huius martyris argentea inclusa tumba, quam sex Angeli ex eodem metallo sustinent, reliquiae religiosæ afferuantur. Est & ibidem facillum Iagellonicum, eximia magnitudine à Sigismundo I. Rege constructum, & cupro iam à Sigismundo III. inauratum teatum. Altare ibi visitur argenteum, aliaque magni precij ac splendoris Ecclesiastica ornamenta. In vniuersum facella habet XXIII. & Clericos ferè LXXX. in quibus sunt XXX. Canonici, & VI. prælati, cum Suffraganeo, è totius Nobilitatis flore electi. Tam templo quam Regia adiuncta sunt turre magnificientissime, fulgenti plumbo coniecta. In hoc templo vero Poloniae Reges & coronantur, & post fata sepeluntur; quorum multa ibi egregia monumenta videre est. Arcem ipsam incendio valde deformatam, Germanus quidam nobilis, Bonerius nomine, in eam, qua nunc visitur, formam, amplitudinem, & splendorem Sigismundi I. Regis iussu constituit. Quum vero Anno M.D.XCV, pars eiusdem rursus Vulcani rabie suisset absumptra; Sigismundus III. Rex adhuc feliciter regnans, & è vrinam diu adhuc regnaturus, adhibitus præstantissimis architectis ac pictoribus, multò magnificenter cande restauravit, cupro texit, ac nouam Turrim, quam ipsam urbem spectat, tam ad turelam ac munimentum, quam singulare decus addidit. Portam quoque & noua Arcis conclavia ita exornauit, vt pulchrius quid ac magnificenter non facile

facile vpiam reperiatur. Pro veteri etiam Maiorum & pia consuetudine B. Michaelem Archangelum in editioribus locis ac montibus colentium, in eadem hac Cracoviensi Arce, quā Vistulam respicit, ades visitur diu Archangelo, & prope hanc alia, S. Georgio, militi & Equiti Christiano sacra. Subterraneum etiam est O-ratorium, Beati Vladislai memoria nuncupatum.

Illiud verò notatu dignum est, quod anno M. CC. LXXXV. Lescus Dux Cracoviensis & Sandomiriensis, ob singularem fidem & constantiam in bello præstata, Germanis vniuersitate Cracoviensis urbis gubernationem concessit; in qua quidem possessione ijdem multo post tempore permanerunt. Idem Lescus Cracoviensis mercatores ob insignem de Scythis (Tattaris vulgo) magna vi ac multitudine ciuitatem oppugnatibus, victoriam publicorum onerum & vestigialium immunitate gratiosè donauit. Quæ quidem donatio, diplomaticis & publicis tabulis Anno M. CC. LXXXVIII. consignata, etiamnum exstet. Anno salutis verò M. CCC. VI. Vladislaus cognomento Cubitalis, Cracoviæ vna cum Heduige thalami consorte, verus Rex & Monarcha polonorum coronatus fuit; atque ex eo tempore Ecclesia Cracoviensis ius ac priuilegium Regum Poloniæ inaugurarendorum accepit. Antea enim in loco non satistuto Gnesia coronabantur.

Suaue Christi iugum & Catholicam religionem CRACOVIA Anno salutis DCCCCLX. vel circiter, suscepit; idque Deo benè propitio, tali occasione: MIESCO sive MIECISLAVS Dux, patri communibus omnium suffragij, licet cæcūs natus, ad rempublicam Polonorum administrandam suffecit, quum septem concubinas haberet, ex nulla tamen earum sobolem suscepit. Qua sterilitate non medio criter anxiò, Christiani quidam suadere coepunt, vt si non sobolem modò, sed & temporalem arque aeternam salutem obtinere vellat, abiecit nefario idolorum cultu, Christianam pietatem ac religionem amplectetur. Ab his persuasus Miesco, ad Boleslaum Bohemiae Regem Legatos misit, Dambroucam filiam eius coniugem sibi expetens. Cui petitio ni Boleslaus non grauata annuit, hac conditione, si Miesco sacro lauacro regeneratus, cum suis Christianæ religioni nomen daret. Qua accepta cōditione, Miesco Anno Domini DCCCCLXV. sacro fonte ablutus, & pro Miescone MIECISLAVS appellatus, mox edito VII. die Martii promulgato, per vniuersum suum imperium idola comminui, & abrogata veteri superstitione, vnum & verum Deum Christiano ritu coli iussit. Expurgata dein idolis Polonia, multas Ecclesiæ, Parocrias & Episcopatus instituit, ac copiosis prouentibus dotauit. Præcipue verò in primaria Poloniæ vrbe CRACOVIA egregiam Arci contiguum Basilicam construxit, & Archiepiscopali dignitate ornari curauit. Qua verò ratione & quando dignitas hæc desierit (hodie enim Episcopatus tantum est) nec Cromerus, nec alij scriptores explicit. Huic autem Episcopatu, totique Ecclesiæ Cracoviensi Boleslaus V. ob vitæ castimoniæ Pudicus cognominatus, Dux Cracoviensis & Sandomiriensis, Anno M. CC. LXXIX. multa beneficia publicis tabulis consignata contulit, quibus cuncti Ecclesiastici ordinis homines omnesque eorum familiares & adscriptiti os omni prorsus seruitutis, pensionis Duci debite, nec non vestigialium onere liberavit, & ab vniuersitate suorum iudicium ac magistratum, suaque ipsius iurisdictione exemit. Episcopum autem omnino Ducali iure in bonis iussit esse, ac frui. Atque exinde ad nostra usque tempora Poloniæ Reges in suscepta semel Christiana ac Catholica religione semper permanerunt.

Quum verò sequentes Reges ac Principes facile intelligenter, quantum quum ad Religionis conservacionem, tum ad humaniores vita cultum in bonatum litterarum cognitione momenti esset positum: Casimirus Rex Anno M. CCC. LXI. impretrata ab Urbano V. Pontifice potestate, in ciuitate de suo nomine dicta Academiam institut, accitis & Parisiensi & Prageni Vniuersitatæ clarissimis Doctribus. Quod immortaliter laude dignissimum opus fata Casimiro morte præuento inuidentes, Vladislao Jagelloni perficiendum reliquerunt: cuius vxoris Heduigis moriens (rurum hoc in foemineo sexu) ultimus tabulis magnam pecunie summam in Academia vsum legauit. Qua, vt & cumulatori Regis liberalitate, duo Collegia exstructa sunt, in quorum uno Theologi & Philosophi, in altero Iurisconsulti & Medici docerent: illud in platea, qua Iudaorum tunc fuit, nunc sancte Annae nuncupatur; hoc verò in vico, quo ex vrbe in arcem ascenditur. Sed Medici deinde Philosophi ac humaniorum litterarum Professoribus se se coniungere maluerunt. Vnus Vniuersitati praefit, cui est iurisdictio omnibus Academicis integra potestas; cum maximis immunitatibus ipsi Academia concessis, quibus sub certis legibus in commune viuunt: Collegium in platea Castrensi Iurisconsultos habet ostio celeberrimos, qui publicè in eo profitentur: è quorum numero se suffice Petrus Roizius Lituanicarum Decisionum scriptor non ignobilis, ipse testatur, Theologi ac Philosophi Collegium maius occupant, commodissimis habitacionibus distinctum: in quo Professores XIX. & præstantissima Vniuersitatis Bibliotheca, insigni librum & Mathematicorum instrumentorum copia ad admirationem instructa. Amplissima ibi sunt in usum Theologiae, Philosophiae, humanioribus & Mathematicis disciplinis operam nauantium Auditoria. Medici partim in priuatis ciuitatis, partim publicis Vniuersitatis ædibus degunt. Minus autem Collegium Maiori contiguum, Philosophia & liberalium artium Professoribus habet XIII. qui quidem omnes, prout etiam Professores Ethici, & omnium aliarum Facultatum Doctores Academicci stipendia sua, Regia maiestate ita disponente, ex salinis & vestigialibus annua percipiunt. Dialectica studia, Mathematica, Philosophica ac Theologica hic maximè florent. Certè Cracovienses Mathematicis disciplinis vacasse, & siderum cursus, temporum vices, incerta bellorum, utramque hominum fortunam, & fatorum arcana perquisuisse, asserit Iouitus libro XIII. Historiarum. Post ultimam Academiam instaurationem, plurimum deinde splendoris arque opulentia ei accessit ex diuersis Magnatum, Prałatorum, Doctorum, & Ecclesiasticorum hominum testamentis ac legatis. Multa verò sunt, quæ Cracoviensem hanc Vniuersitatem vehementer commendant: elegans loci amoenitas, facilis vietus commoditas, hospitorum & gymnasiorum distincta frequentia, uberrima linguarum, artium omanumque disciplinarum mercatura, ac doctrina, bibliotheca ac typographia instructa; & quod caput est, vienius Catholicæ Religionis exercitum & studium ardentissimum. Ac proinde exemplissima hac & celeberrima litterarum officina multi summi ac præstantissimi viri in omni disciplinarum genere prodierunt, quorum ingeniosa & exquista opera publicis litterarum monumentis commissa extant. Quintam non pauci Academias huius alumni iam Ecclesiæ Dei, & nobilissimo Poloniæ regno in publicis conuentibus & actionibus, vii & in Provinciarum & opidorum gubernatione utilissimam operam præstant

Optan-

Optandum sanè esset, è tanto eruditorum Polonorum numero excitari aliquem, qui illustrium virorum ex hac Academia ortorum catalogum conscribat: quemadmodum elegantissimum opus non ita pridem prodijt, quo præter vultus ac corporis lineamenta ænēis typis expressa, eorum Polonorum, qui ob vitę sanctitatem & miracula, Diuorum numero adscripti sunt, vita ac res gestæ describuntur. Plurimum certè vniuersitatis Polonia Cracoviensis huic Academiæ debet. Nam, vt Stanislaus Orehoniūs Roxolanus ad illustrissimum Cardinalem Stanislaum Hosium scribit, Poloni ex litteraria hac officina consequuti sunt, vt qui prius à p̄son & à quo inter mortales habiti, jam incredibili optimarum artium studio flagrant, & per inclytam hanc Vniuersitatem liberalium scientiarum nitore ceteris ferè gentibus præstant: adeo vt Latinæ linguae in toto regno vulgaris quasi esse videatur usus; & ne in media quidem Italia Latiove quis tam multis vulgo reperiat, qui Latinè loquenter intelligere, & ad rogata respondere possint. Ecce enim ipsa Cracovia tum inquilinos ciues, tum exterorū Latinis verbis doctissimè salutat.

In Arcis Cracoviensis porta ita
legitur:

Ama osurus: Odi amaturu.
Ne quid nimis.
Cunctis esto benignus: Nemini blandus.
Paucis familiaris: Omnibus equus.
In aduersis fortis: In proferis caurus.
Memorare nouissima, & non peccabis.

In Regij Conclavis ianua.

Digitō compescit labellum.
Occisionem nosce,
Noce reipsum.
Tecum habita.

In Sacello à Sigismundo I. Polon. Rege exstructo.

Bonus bonus & malus.
Iuuiam odio prosequere.
Vir pridens seruit temporis.
Pro patria mori ne timeas.
Mors bona initium vita.
Nonne duodecim hora diei?
Nemo sapiens nisi patiens.
Prudens consilium ratione regi.
Nulla bestia nocensior adulatore.
Supra vires tentandum nihil.
Operofum placere curabit.
Quod facis, expecta.
Cito violatur auro iustitia.

Mansuetioribus Camanis.
Fata viam aperient.
Virtus labore nitebit.
Inuiriatur remedium optimum obliuio.
Inimici hominis domesci eius.
Sumnum lucrum, iustum premium.
Idonea tempora nosce.
Imuidiam oblitio vlciscere.
Intestina discordia, pestis Reipublica.
Patienter ferenda que mutari non possunt.
Fraude perit virtus.
Liges in plebeum vim habent; in potestate obmutescunt.
Nescias quod scis si sapias.

In Aedibus Lithuaniae Ducis D. Alberti Razeuillij.

Minus in paruis fortuna furit.
Rebus in paruis parua latitia.

Sola sub occiduo virtus manet orbe perennia.
Omnia mortali casera forte cadunt.

In foro Cracoviensi.

Non bene si domus hec cuiquam fabricata videtur;
Sic sinat hanc nobis, corrigat ille suam.

Ibidem.

Ibidem.

Ni Deus adificet, frustis a domus vilaparatur.
Felices ciues datque facisque Deus.
Infelicitas nemini obvianda.
Bona opinio, dulcis pecunia.
Adgit quisque amicus.
Mors derider curas.
Esi Iupiter omnibus idem.
Nescia torporis virtus.
Desperata anetentes.
Perficienda aggredere.
Vbi opes, ibi amici.
Vanæ mundi curiositas.
Necessitas probat amicitias veras, fictas detegit.
Inflamme ardentes corda inuidas, sane,
Non tanto in precio ligna cremandam forent.

Vetus hic & vistatus hypocritearum mos est, quod impietati, cui ipsi maximè obnoxii sunt, alios eisq; innocentes accusant, ac eo quoque nomine tridentur.

Ibidem.

Curiosum genus hominum ad cognoscendam vitam alienam;
desidiosum ad corrugandam suam.


Similia passim quū Cracoviæ, tum in alijs Poloniae civitatibus, non Latinæ modò lingua summā elegantiā, sed & singularem sapientiam spirantia dicta, & parietibus inscripta legas, & etiam è vulgo hominum audias. Hæc de Sarmatica hac Tripoli, seu Pentapolii portus, si quis Cerdonum vicum & Stradomiam annumeret, dicta hoc loco sufficiant: in quam, Ciuium frequentia, Sede Regia, & Musarum studijs florentissimam, nos Epigrammatiōn hoc lusimus:

Africa quid Tripolin iactas? quid Syria? nidos
Predonum, terras qui mare diripiunt.
Sarmatici en Tripoli posse melioribus orbis,
Vifula quā Vaelum praterit, auspicijs.
Cur Tripolis? Triplex quid vulpe distinctio in me?
Nisi homines, bis Rex, bis habitantque Dea.

Septentrio.

CRACOVIA

MINORIS POLONIAE METROPOLIS.




- A. Aula Regia.
B. T. S^r Stanislai.
C. T. S^r Georgij.
D. T. Corporis Christi.
E. Monast. Bernardorunen.
F. Praetorium.
G. T. S^r Trinitatis.

- H. T. S^r Mariae.
I. Porta Videlzka.
K. Porta Bogucki.
L. Porta Scrunski.
M. T. S^r Leonardii.
N. T. S^r Andrei.
O. T. S^r Iacobii.

Dopictum ab Epitio under Ryr,
commune. Georgius Hogenagius.

Meridies.





MONTIS CALVARIAE IN POLONIA, ad similitudinem eius qui in Palæstina est, Typus.

Si magni nominis fluminum capita & fontes adspicere, volvē nobis ducimus: quanto magis Christiano homini iuctūdum erit ea videre atque obire loca vnde omnis nostræ salutis fons emanauit? Et certe inspectionem eorum locorum quæ Redemptor noster vestigijs suis impressit, & sanctissimæ vitæ Iuxæ actionibus consecrauit & dedicauit, plurimum momenti ad pietatis conferre studium, & cuiuis qui ferreis non rigeat præcordijs, acres ad vitæ emendationem addere stimulos, diuinumque amorem mirifice in cordibus accendere, & per se notum est, & testantur qui hoc ipsum experti sunt. De quo pius & eruditus scriptor, Ludolphus de Saxonia sic scribit: *Ad terram sanctam quam univerſa Christi Ecclesia nocte dieque sociare, non desinunt, quam bonus ille Iesus in habitando, & verbo vel doctrina illuminando, illuminatam suo sacratissimo sanguine consecrauit, delectabile est aspicere, sed delectabilius eam oculis corporis intueri & mentis intellectu revoluere, quomo- do in locis singulis in ea nostram salutem Dominus operatus sit. Quis enim enarrare sufficit, quod devoti discurrentes per loca singula in spiritu vehementi osculentur terram, amplectantur loca in quibus dulcem Iesum stetisse, vel aliquid egisse audierunt? Nunc tundunt pectus, nunc fletus, nunc gemitus, nunc suspiria emittentes, gestu corporis & devotionis quam foris ostendunt, & absque dubio intus habent, in lachrymas prouocant plerumque etiam Saracenos. Quid dicam de Patriarchis, Jacob, Joseph, & fratribus eius: qui quia viui in terra esse non potuerunt, elegerunt in ea mortui sepulturam, &c. Sed quid de factis mirum hoc sit, quum apud Ciceronem Atticus testetur, Moueri nos locis ipsis, in quibus eorum quos diligimus aut admiramus, adsunt vestigia? Ille idem Atticus, *Me quidem, inquit, illa ipsa nostra Athena non tam operibus magnificis exquisitisq; antiquorum artibus delectant, quam recordatione summorum virorum, ubi quis habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solius: studioseq; eorum se pulcra contemplor. Hunc Attici affectum qui reprehendat, ab omni humano cultori alienus sit necesse est. Quanto magis ergo, non dico excusatione, sed summa potius laude dignum eorum est studium, qui locorum illorum, in quibus salutem Dominus noster operatus est, visendorum pio desiderio te- nentur! Quia vero cuiuslibet res non ferunt, ut præsens ipse loca hæc adeat atque obeat; Illustrissimus Dominus, D. Nicolaus Zebrizdoviski à Zebrzido- uize, Palatinus & Generalis Cracoviensis, nec non Sinatinensis, &c. Capita- neus, locum quandam quatuor à Cracovia distante milliatibus, ei qui in Palæstina circa Montem Calvariae est, petsumilem notauit, & in omnibus quæ ad recolendam Christi Domini nostri passionem & mortem pertinenter, ad normam Hierosolymitani situs & dimensionis accommodauit; rara liberalitate & ingenti sumtu FF. Minorum. S. Francisci de Observantia Monasterio ac templo elegantis structuræ, nec non varijs sacellis, vna cum Xenodochio, erectis. Qui locus multorum fidelium tam incolarum quam peregrinorum votis, & oblationibus celebratur; per Romanos Pontifices Christi in tertis Vicarios, amplissimis è sacro Ecclesiæ thesauro Indul- gentijs locupletatus. Tulector, tanti viri pietatem suspice, & emulare; eidemque uti pat est, bene precare.**

MONS
CALVARIAE



Herculanum V.
fratrum Palmariorum.




DEXTERA DOMINI
FECIT VIRTUTEM.

NICOLAVS A ZEBZI:
DOVIZE, PALATINVS
ET GENERALIS CRACO:
VIENSIS, SNA THINENQZ
CAPITANEVS EREXIT
FUNDAVIT.

ANNO CHRI. M. D. C.

Invenimus eam In
Campi Silue.





POSNANIA

Verum Cracouia minoris, sic Posnania (Posen Germanis) maioris Poloniae est metropolis, illiusque amula, quinquaginta circiter ab ea distans milliaribus, sub gradu longitudinis XXXIX, latitudinis vero LII. minut. XX. ad Vartham fluuium nauigabilem & Posnam am nem inter colles condita. Muro duplice fossaque profunda cingitur Aedes in ea pulcherrimae, e sectis lapidibus constructae. Arcem habet muratam, in colle editori inter Vartham & Posnam fluuios sitam. In ultiori Vartha ripa suburbia sunt amplissima, stagno ingenti paludibusque circumdata, qua frequentier, ut & circumiacentes pagi Vartha exundatione sic obruantur, ut nonnunquam fastigia edium ex aquis extantia vix conficiantur. Nec ab hoc in commode ipsa vrbs immunis est, intra muros aliquando tam alte aqua restagnante, vt in foro & plateis passim nauigetur. Sed hoc incommodum tanto facilis ferri potest, quod paucorum, & vt plurimum, duorum tantum aut trium dierum sit. Emporium est, earum praeferit mercium quae ex Germania importantur, frequentissimum Hic enim nundinae ternae quotannis celebrantur. Prima in principio Quadragesima, quae quatuor hebdomadis durat. Secunda initium habent in profecto S. Ioannis Baptiste, quinque durantes hebdomatis. Tertia à profecto S. Michaelis, quae quinque integras hebdomadas à varijs nationibus frequentantur.

Huic eidem vrbi non exiguum decus Episcopalis conciliat dignitas: quae idem cum Christiana religione in Polonia initium habuit, vt pote à Mieciislae, eo qui primus è Polonia Regibus sacro lauacro tinctus, Christianorum sacra & ritus accepit, & in regno promulgavit instituta. Tantis vero immunitatibus Episcopatus hic fruatur, vt, quoad illas pariter e passu cum Gnesnensi Archiepiscopatu incedat. Præter vacationem enim omnium laborum atque onerum, & immunitatem pensionum quae Principibus Ducibusque debentur, vti & omnium secularium iudiciorum exemptionem Vladislaus Rex, cognomento Sputator, Archiepiscopo Gnesnensi, & Episcopo Posnaniensi monetam cuncti & venandi in syluis ac bonis suarum Ecclesiarum (quod antea nemini præter Principem licebat) potestatem fecit. Idem Crobriam quoque amplum & locupletem pagum, Sulcovanum prius dictum, nunc oppidum Posnaniensi Episcopo donauit. Certe tanta fuit Posnaniensium Episcoporum olim auctoritas, vt quum Vladislaus, is qui Locticus dicitur, ob vexata Ecclesia bona & boni Regis partes negligenter obitas, ab Andrea Episcopo excommunicatione percussus esset, js ad se reuersus Episcopo paruerit ac satisfecerit.

In Basilica hulus verbis quae S. Maria Magdalena dicata, & elegati turri non exigue altitudinis ex ornata est supradictus Mieciislaus primus Christiana religione in Polonia plantator, & eiusdem Basilicæ fundator, sepultus est. Hic Christiana religione iniciatus, & vna cum proceribus quos circa se habebat, baptizatus, publico Edicto mandauit, vt omnes tam opidorum quam pagorum incolæ, tam Nobiles quam plebeij, vbi dies septima mensis Martij illuxisset, idolis omnibus passim concusis & confractis, aqua salutari itidem abluerentur, & Christianorum post hac faera colerent atque obirent. Inde in maiori Polonia mos inuauit, vt pueri quotannis ipsa die quae Dominicam Lætare dictam præcedit idoli cuiusdam imaginem faciant, eamque per vicos passim circumgestatam, tandem in coenum aut paludem abiiciant ac mergant, statimque ex eo loco quam celerrime aufugiant.

Præter supra nominatam S. Maria Magdalena basilicam est in ipsa quoque vrbe templum & Monasterium Fratrum Ordinis Prædicatorum. Extra urbem vero Orientem versus, loco amoenissimo exstructa cernitur Ecclesia Cathedralis augusta, cui duæ turres adiunctæ sunt: ad cuius dextram est Curia Episcopalis, satis elegans; ad leuâ vero sunt Collegium Lumbrantianum, Oratorium S. Michaelis & Prælatorum aedes. Ad hanc fere vltique Vallis, suburbium, opidi æquans magnitudinem, porrigitur. Ad occidentem vero hibernum elegans templum visitur, SS. Corpori Christi dicatum, eo in loco vbi Anno 1399 Corpus Christi in specie panis ab infelici quadam muliercula sumptum, Iudeis primo venditum deinde in pratis suburbanis abieatum, insigni miraculo teste ipsum ostendit: in cuius memoriam Vladislaus Jagello Rex prædictum templum ibi loci condidit, & SS. Corpori Christi consecravit. Ad id habitant Fratres Ordinis Carmelitarum. Est quoque ibidem Monachorum Franciscanæ familiae qui vulgo Minores de Obscurantia dicuntur, coenobium. Ad septentriones ecclesia est Parochialis S. Martini. In ipsa vero vrbe Coenobium est Deo dicatarum Virginum sub Dominici regula & institutis viuentium, Anno 1595, à Præmislo Rege, Marchionum Brandenburgensem insidijs postea interfecto conditum.

In hac eadem vrbe Lubrantius, immortalis memoria dignus Episcopus non Collegium modo supradictum, sed & Academiam instituit: quam à successoribus neglegtam, Adamus Conarius Episcopus ita non pridem singulari cura & munificentia restaurauit. Sed nihil illustrius, nihil ad bonarum artium mercaturam vberius atque aptius habet Posnania, quam insigne illud Societas Iesu Collegium ad Templum B. Stanslao dedicatum: ad cuius laudem vel unum illum fatis est, quod celeberrimum illum & Theologum & omnis litteratura peritissimum virum, Antonium Possevum produxit. Satrapia huius Præfectus (Palatinum vocant) cum Cracouensi velut dignitatis prærogatiuam partitus, alternis vicibus modo priorem modo posteriorem, quum in publico consessu, tum in suffragijs ferendis, locum obtinet.

CROSNA.


Ad territorium Episcopalis ciuitatis Præmisliae (qua etiam Castellani fulget dignitate) pertinet Crosna opidum muro cinctum, quod lajolda fluuius circumluit, Visloca vero medium interfluit, multisque commoditatibus auger & iuuat. Non men habet ab instrumentis textorijs, qua lingua illa Crosna dicuntur: quod opidum hoc pannificio nobile semper fuerit, & adhuc sit. Sitam est & ipsum in confinibus Hungariae, solo admodum fertuli & ameno.

POSNANIA
eleans Polonu in finibus Silesia Caudas.



CROSNO





VARSOVIA



ASSOVIA & doctissimorum & fortissimorum virorum secunda prouincia, quum ante communis totius Poloniae nomine censeretur, tunc primùm peculiarem adepta est appellationem, quum Maslaus siue Mafos Miecislaw Polonorum Regis poccillator mortuo Rege, ardente bellis ciuilibus regno, prouincia dominationem inuasit, circa annum Christi M. XXXIV. eamque de suo nomine Massouiam vocauit. Verum is à Casimiro I. dein vna cum Pruteni auxiliariis vietus, & tandem etiam supplicio affectus, vitam cum Principatu amisit; nomen tamen semel regioni inditum ab eo tempore manet, quamvis prouincia ad amplissimi regni corpus reueras. Vistula, Narua, & Bugo irrigatur, & Vros, quos & Turos patria lingua vocant, boum lyluetrium genus nigrum, alit. A Septemtrionibus Prussiae conterminata est; ab Ortu Lithuaniae;

nix; à Meridie & Occasu Rufsiam & Polonię proprię sic dictam attingit.
Metropolis eius est VARSOVIA, ad Vistulam fluvium sub gradu longitudi. 43. latitud. 52. & 20. minut, sita, fossa & publici muro inter paucas non Polonia modò, sed totius Sarmacie civitates, egregie munita, pati ferè ipacio, nimis quadrangulis miliaribus, à Cracouia & Posnania distans. Vetus esse urbem vel id argumentum est, quod de prima eius origine seu fundatione nihil historiorum monumentis proditum inuenitur. Quamuis autem sub Massouia Ducibus praeter ceteris eius prouincia ciuitatis floruerit, dici tamen vix posset quanta accepiterit incrementa, postquam Massouia Polonia regno immensitate, vt loquuntur, adiuncta fuit, adeò vt veteri Varsovia noua accesserit: quae vt aedificiorum elegancia aliquæ rebus illi parum cedit, ita peculiare habet iurisdictionem. Vtique tam publicis quam priuatis ædibus è viuo falso constructis, mirifice exornata est. In veteri quidem insigne est Pratorium, Canonorum, & Vicariorum Collegium, ab Alberto Iastrembecio Posnaniensi Episcopo institutum, ope & liberalitate Joannis Massouiae Ducis, qui luculentos reditus de bonis suis, ac decimis à Plocensi Episcopo permutatione quadam redemptis & acquisitis, necon parceret aliquot & quadam alia sacerdotia, superfluis veteribus titulis, Collegio isti addixit. Noua vero duas insignes habet Ecclesiæ: Parochiale S. Mariae Virginis sacram & alteram Monasterij Canonorum Regularium. Vtique ciuitati suburbia prætenduntur non minus ampla, quam pulcris distinctæ ædibus, non vulgarium oppidorum splendorem facile æquantia: in quibus omnis generis artifices habitant, quorum opera in primis laudantur.

Arcem habet Varsovia Orientem verius; primū quidem à Massouia Ducibus è lignea materia constructam; quæ deinde à Serenissimo Rege Sigismundo Augusto inclite memoria, in firmorem & è falso & lateribus benè concinnata structuram est commutata. Tandem etiam Serenissimus Rex Sigismundus III. hodie regnus ligneam, quæ in Arce adhuc super erat, strutturam deinceps iusfit, alia è falso substituta: eaque re & regie Arci & nomini suo non parum decus addidit.

Et si autem Vistula fluuius ad Varsoviam late admodum & profundo fertur alueo: idem tamen Sigismundus Augustus lig-neumi pontem imposuit, ingenti sumptu construētum, tantæ longitudinis; vt mille & centum ac quinquaginta passus excedat: cui sanè si vel longitudinem vel sumptuum magnitudinem spectes, vix in tota Europa parem inueniri dixeris: quin etiam sine admiratione aspicer non possis. Cuius operis pars non minima fauina debetur. Ea Anna est, dicti Regis foror; quæ, incertum maiori animo an liberalitate, opus à fratre Rege cooptum, sed immatura eiudicem morte interruptum, suis supribus absolvit ac perfici curauit? ad ditta turri lapidea, cui affixa tabula ænea cum inscriptione, eius rei memoriam ad omnem posteritatem seruatura. Sed quum, vt Cicero ait, nihil sit manufactum, quod non conficiat vel vis, vel confluat vetustas: pontem hunc paucos annos tam aquarum, quam glacie impetus ita destruxit atque abripuit, vt nullum eius hodie supersit vestigium.


Ex aduerso Arcis sita est Bernardinorum Conventualium Ecclesia. Tum extra ciuitatem Oratorium conspicitur laudissimum Trinitatis sacrum, priuati hominis Varsoviensis ciuius pialiberalitate ereatum ac dotarum; à Serenissimo Rege Stephano auctum muro que inclusum, & aliendis emeritis militibus delinatum. Ad Austrum iuxta Oratorium S. Crucis Hopitale est, priuata ita dem foemine sumptibus ex lateribus constructum, & annuis prouentibus locupletatum. Nec procul inde Ecclesia est, non ita pridem aedificata, in qua Dominicanæ familie Religiosi facrūs operantur. Ad Occidentem vero Oratorio S. Spiritus lateritio aliud Xenodochium adiunctum est, vbi in pauperibus, misericordiæ defolatis Christus frequenter reficitur.

Quantas vero vrbs haec opportunitates quum è præteralbente Vistula, tum ab circumiecti agri fertilitate percipiat, & res ipsa restatur, & illud etiam arguit, quod ex omnibus Polonia ciuitatibus haec præcipue delecta sit, vbi totius regni comitia habentur. Narrant fide digni historici, ad comitia, quae anno M.D.LXXV. Varsovia de Repe eligendo indicta fuerant, circiter triginta millia è Nobilitate (non accensit famulis & domesticis) venisse, quum multò plures venturos opinio fuisset: quibus omnibus hospitia circa urbem (in qua Archiepiscopi, Episcopi, Palatini, Castellani & Praefecti pernoctabant) nec longius IV. miliaribus distributa fuerint. Quis non miretur, quum centum circiter Equirum millia tunc intra quatuor milliarium spaciū circa urbem diuersarentur, per XL. amplius dies, non pabulum equis, non carnes, non pisces ac cetera escuenta, ac ne vinum quidem tot hominibus defuisse: quarum omnium rerum & magna semper copia fuit, & summa in tanta capitum multitudine vilietas. Illud vero omnem fidem superat, quod nulla similitates aut rixæ toro eo tempore in tam numerofa Nobilitate auditæ sunt: quia de Republica sollicitis omnium animis, omnem iniuria & odij sensu deplofuit. Ex quibus tam Varsovianii territorij summa & vberitas & commoditas, quam eximia Polonica Nobilitatis disciplina ac grauitas præclarè elucecunt.

Porrò vt Varsovia quasi in meditullio tortus regni Polonici sita est; ita mercibus omnibus que rebus per secundum & aduersum Vistulam & deuehendis & subuehendis, atque inde per vicinas regiones ac loca distractiendis maximè est opportuna. Vnde sit, vt mercatores habeat locupletes, qui longe lateque amplam ac quæstuosam negotiacionem exercent. Non hic aromata, non vina cuiusvis generis, quamvis è remotissimis asportata locis defuit. Cerevisæ quidem vt in tota Polonia, ita Varsovia quoque promiscuus est vīsus: qui potus in Prussia quidem ex hordeo, in cetera vero Polonia, etiam è triticō minutatim contuso, aqua cum lupulo decoctus, salubriter passim & incundè bibitur. Mel quoque itidem cum lupulo aqua decoctum in frequenti vī est. Russis praetertim & Podolijs, apud quos permagna est apum & mellis optimæ ex dictam & alijs benè olentibus herbis ac floribus collecti copia. Nec Massouij mel defest, qui & ipsi potum inde faciunt, Medonem vulgo appellatum: qui Varsovia succo è cerasis rubi malis expreſſo, aut aromatibus conditi, ac pro ratione condimentorum Kerstrangi, Malmici, & Tromici non minibus insigni ac discerni solet.

Illud denique coronidis loco subiungere placet. Quemadmodum plerique omnes Massouij diuinii cultus ac pietatis imprimitis studio fune: ita Varsovia ciues haec tenus in maiorum religione & institutis constantes, profanas haec tenus omnium haeresionum nouitatis deuitasse: vt quibus illud non minus salubriter quam verè persuasum est, Religionem mutata, parum abesse, quin Republicæ quoque status mutetur, immò pronus ad ineritum ruat,






L V B L I N V M.

Intra celeberrimas Polonici regni ciuitates à primo proximum fere locum LVBLINUM sibi vindicat, dignatis prærogatiua & magnitudine quidem nonnullis, at situs amoenitate, substructionum superbia, vt & munitionum firmitate nulli cedens. Posita est versus ortum aëstiuum, sub gradu latitudinis XLV. longitudinis LI. & paulo amplius. Primum eius conditorem ferunt Vladislauum Ducem: qui loci sequutus opportunitatem, Scytharum siue Tartarorum incursionibus hoc propugnaculum obiecit: quod deinde Casimirus cognomento Magnus partim refecit, partim nouis moenibus atque o peribus cinxit: eoque ferocium ac barbarum gentium insultus non à Polonia tantum, sed Silesia etiam ac Moravia auertit. Distat Cracouia triginta sex. Varsouia viginti quatuor, Sandomiria quatuordecim, Vilna Lithuania metropoli septuaginta milliaribus. Muri præalti ac fossa profunda tutam eam non contratumultuarium modo inuasionem, sed statuam quoque oppugnationem reddunt: multum loci munitionem adiuuante ipsa natura, ingentibus circumfusis stagnis, vario piscium genere abundantibus, & quum ad irrigationem, tum ad nauicularias recreations seruientibus. Eorum vnum ad ortum spectans, tanta est magnitudine, vt insulam habeat, latæ & graminis & arborum viriditate conspicuum. Ipsi stagno passim appositæ sunt villæ suburbanae; quarum amoenitas aëstiuo in primis tempore à ciuiis frequentatur. Sed Arx præcipue & loci natura & operibus munitissima, in colle eminentiori ad stagnum sita, & vrbi pente iuncta, incredibile ornamentum tam vrbi quam vniuerso huic trætui affert. Est enim & magnificis adiicijs, & præcelsis turribus conspicua: qua & commodissima vel Regibus ad habitandum palatia ac conclaui, & firmissima ad quamcumque vim excipiendam propugnacula præbent.

Iam vrbe ipsa magnificis quum publicis tum priuatis, quum lacris tum profanis struatur mirum in modum exornatur. Ac primo Templum habet seu Oratorium B. Mariae Virginis sacrum, cum Monasterio Deo dicatarum Virginum quod vulgo S. Brigitta de Triumpho appellatur: cuius quidem Ordinis siue Congregationis Monasteria tribus tantum, quam late Christiana patet religio, per vniuersum Orbem locis, & quidem in sola felicissimi Sigismundi Regis ditione, inueniuntur. Primum nempe in regno Sueciae. Secundum hic Lublini, in regno Poloniae. Et tertium Gedani seu Danisci, in Prusiae Ducatu. Est & aliud ibi templum Patrum Bernardinorum, nuncupatione Conuersionis S. Pauli, cum claustralii Regularium Conuentu: in quo complures sacram Religionem professi, singulare devotione ac pietate sacris operantur, & ciuibis ad virtutem præludent. Est insuper aliud è lapide exstructum templum, S. Spiritus titulo, tum Præpositura, vt vocant, & rerum diuinarum administratione celebre. Sed vt eximis tam in Ecclesiam quam Rempublicam meritis Societas Iesu excellit; ita eiusdem Templo ac Collegio vix quidquam est splendidius. Illud S. Ioannis Baptiste sacrum, foris quidem venustra admodum structura oculos mire afficit; intus vero raro sacra suppelle etilis, & imaginum nitore atque elegantia, tum quotidianis Patrum sacrificiis, frequentantium mentes ad deuotionem incredibili quodam modo excitat atque accedit: Hoc vero vt spacio amplissimum, ita vsu commodissimum, tum structura magnificentum, assiduis doctissimorum virorum prelectionibus, ac frequentibus numeroſa Iuuentutis exercitijs ita floret, vt Religionis ac bonarum literarum officina, & tam Ecclesia quam Republica seminarium merito dici possit. Felices hoc tanto thesauro Lublinenses i qui de recta & accuratissima liberorum suorum institutione non modo securi sunt; verum etiam hac eadem ratione de viciniis & exteris bene merentur. Ingens hoc beneficium Lublinenses, post Deum immortalem, Andrea Comitis Tenzenii, Palatini Cracoviensis, liberalitati debent, qui non solum Societatis recipienda auctor fuit, sed etiam amplissimam eidem domum assignauit, eamque omnibus modis promovit & ornauit. Templum Collegio prædictæ Societatis vicinum, vetustissimum est, altissima turri conspicuum, à Lescone Nigro Poloniae Rege conditum; qui quum ingentem barbararum Nationum exercitum paucis Polonorum copijs fudisset, nobile hoc vicitorij sua monumentum erexit, ac B. Michaeli Archangelo, quem in somnis vicitoriā sibi pollicentem viderat, consecravit: quod vetustate aliqua ex parte collapsum, laudabili pietate magistratus Lublinensis, ad conseruandam perpetuam tantæ victoriae memoriam, refici ac restaurari curauit. Non procul inde Templum visitur, S. Stanislae Cracoviensi quondam Episcopo, martyrii palma inclito, dicatum: cui annexum est Monasterium, in quo multi viri Religiosi, sanctitate & eruditio fulgentes, sub Regula instituto S. Dominici, Deo seruūt, & tam sibi quam ciuibis utilem operam præstant Pauli vltieris in declivi vrbis loco S. Adalberti Ecclesia conspicitur, & Xenodochium, cum dicta Ecclesia non ita multos ante annos adificatum. Inde eminentiori in loco S. Nicolai visitur Ecclesia. Tum alia lignea, per antiqua, in qua Ruthenorum seu Græcorum more sacra fiunt, Czerlicvv vulgo nuncupata. Inde Prætorium seu Curia in medio Ciuitatis foro, elegantissima turri ornata conspicitur, in qua totius regni Conuentus habentur, & quinque fere aëstiuis mensibus Iudicaria Parlamenta celebrantur: quo tempore tantus ex omnibus Regni Ordinibus eo fit hominum concursus, vt locus eis capiens vix sat is. Hic Dux Prusiae homagium seu iuramentum fidelitatis atque obedientiae Regi ac Regno Poloniae præstít, & adhuc præstare solet: hic dissidia & contentiones Magnatum acerbissimæ componuntur, iisque inter se ad concordiam & pacem rediguntur. Et quod maximum est, hoc codem in loco felicissima duarum potestissimarum gentium, Polonorum & Lithuanorum, ante diu tentata Vnio finem habuit optatissimum. Nec minus vrbe hanc Nundinarum commendat celebritas, qua ternæ quotannis ibi celebrantur, ac singulæ mensem circiter durant: ad quas ex remotissimis Mundi partibus variae gentes, Germani, Græci, Armeni, Arabes, Moscovitiæ, Scythæ, Galli etiam, Itali atque Angli confluere solent. Ibidem quoque Iudeorum nimis quam magnus reperitur numerus, in suburbis fere habitantium qui etiam præcipuum totius Poloniae hic synagogam habent. Non paruum quoque decus Lublinensis vrbi addit insigne Palatum Illustrissimi Domini Marci Sobies qui Palatini Lublinensis, in loco eminentiori, mira industria & sumbris non exiguis constructum. Nec procul inde abest Ptochotropheum, amplis adiicijs & longo ambitu venustum, aeternum Christianæ Lublinensem ciuium Charitatis monumentum. De priuatis adiicijs quid diceamus? quorum nonnulla, ea præsertim, qua in editioni vrbis parte sunt posita, insignem elegantiam atque magnificenciam ostentant.

Iam vt hoc quoque addam, ager circa Lublinum fertilissimus, omnis generis fruges non magna modo copia, sed & singulari bonitate producit: sic vt Gedani & transmarinis in locis eius soli frumenta præceteris laudentur atque extantur. Vnde minus mirum est, vrbe hanc præceteris florere; nihilque hic deesse quod vel ad vitæ usum ac necessitates, vel etiam ad voluptates ac magnificientiam vlo modo spectet.





LEOPOLIS, RVSSIAE AVSTRALIS VRBS PRI
MARI A, CE LEBERRIMVM ORIENTALIVM
MERCIVM EMPORIVM.



EOPOLIS, Emburg Germani vocant, corrupte, puto, pro Ewerenburg à Leone. Danielis Russorum Australium potissimum Regis filio, Romani, Vladisliriae & Haliciae Ducis, nepote, nomen accepisse viderit, circa annum Christi M. CC. LXXX. vt putant nonnulli, condita. Metropolis est Russiae Australis (quaer Polonici regni membrum est nobilissimum) sita sub gradu longitud. ferè xi. vi. latitudinis xl. ix. à Cracovia quinquaginta circiter miliebus distans. Vrbs duplice foilla, vtraque lata ac profunda, muroque crebris turribus distincte munitur: omnes generis apparatus bellico contra hostiles infulsus abundanter instruxta. Emporium est celeberrimum, ciuium elegancia & humanitate florens. Sedem hic habet alter Polonia Archicopius: vi & duo alii Episcopi, Russicus unus, alter Armenicus. Arces haber duas: quarum una ciuitatis muro includitur, altera vero eminentissimo scopulo extra opidum imposita, ab decem milliariis conspectu patet. Olim quidem pleraque adiiciae sunt lignis & luteo pro more istarum gentium constructa erant: postquam vero integra penè vrbs miserabilis incendio vnius ferme horae spacio ita conflagrat, ut vix muri, & turrest restarent, domus lapidea adificari coepiuntur: atque ex eo tempore è lignea lateritia, atque etiam marmoreo aliqua ex parte evanescit, vicinis latumis non faxa modò, sed gypsum etiam, marmor, atque adeò alabastritem lapidem suppeditantibus, tam pellucidum, ut similius vix alibi reperiatur. Sic accende ad materiam artificum arche etorum industria (qui ex omnibus nationibus Germani, Itali, Poloni, magno numero ibi degunt) in eam, qua hodie extersis admirationi est, speciem ac pulchritudinem Leopolis efflouret. Curiam habet elegantem ac magnificam: cui forum praetenditur amplissimum, in quo merces omnis generis tam domesticæ, quam exoticæ, tam necessitati, quam luxui inferuentur magna copia vñales exponuntur. In parte eius Orientalis ædes decora Archicopalis conspicitur. Videas hic quotidie magnam mercatorum Germanorum, Italorum, Hungarorum, Moldauorum, Armenorum. Tatarum, Tartarorum turbam. Sunt etiam Iudei, vi in tota ferè Polonia, nimis magno numero, qui velut hirundines, alienum sudorem, & sanguinem exsugunt. Prætorium turri conspicue altitudinis decoratur. Hinc Africum verlus Ecclesia est Metropolitana, Deipara Virginis Sacra, opus magni sumptus, nec minoris pieratis ac liberalitatis ab Casimiro & Vladislao Jagellone Catholicae religioni exhibita. Vicinum huic est Canoniconum Collegium, & bonarum literarum Gymnasium: è quo non pauci doctissimi viri prodire. Versus ortum visitur templum S. Crucis, cum Cenobio Fratrum S. Francisci Minorum Conventuum sati amplio, quod quidè arcu inferiori est contiguum. Ad Aquilonem sita est Ecclesia sacratissimi corporis Christi, Religiose S. Dominici familiæ sedes, sumptuosissimi strukturis, non ita pridem aucta & ornata: Cenobium nulli in tota Polonia secundum. Ea vero ciuitatis pars, qua Eurum spectat, plena est Iudeorum, qui priuilegij & libertatibus, quas à Casimiro Magno Polonia Rege, Hæsteris Iudeæ cuiusdam amoribus irretito, habent maximas, ex omnibus mundi plagiis huc confluxere. Synagoga hic illis binæ sunt. Procerum indulgentia concessa. In eodem tractu etiam Russi nonnulli habitant, qui sumptu Magnatum Græcanicæ sectæ additorum, templum ibi fabricæ magnificenter conspicuum nuper construxerunt: cui iam dudum eutis lapidea eximia altitudine, sumptibus Generosi olim Domini Constantini Corneæcti, addita fuit, non exiguum vniuersalè ciuitatis ornamentum. Versus Septemtrionem Armeni templum habent, opus non contempnendum, ac per amplum: in quo illo suis ritibus sacra peragunt. Quum enim in Polonorum ditionem concessissent, hoc vnum sicut & Russi, paci sunt, vt sua sibi religione libertè vii hiceret. At velut Germani, qui olim in has sedes commigrarant, paulatim in Polonorum mores transferunt, sic vt pro talibus hodie habeantur; sic Russi quoque paulatim deficerent. Vix enim villas aduenia hodie ciuitatis iure donatur, nisi qui Catholicam profiteatur religionem. Testatur id oculatus testis Georgius Doula in Constantinopolitano suo Itinerario de Leopoli, ita ad patrem scribens: *Sunt in hac vrbe quatuor sectæ, nimurum, Latina, Graeca, Armenia, Iudaica: Reformatæ tamen Religioni (sic illi suam appellat) summo studio ac vigilantia mirifice obſervunt. Cuius Catholicæ singulari erga exterios hospitiale ac comitatem vntur, si demque licet vberem mercaturam exercant, domi tamen ac foris frugaliter viuent. Insignis hic est VVolfenjordorum familia, qua ex Silesia originem ducit, cui pleraq; ex præstantissimis vel cognatione, vel affinitatibus, vel clientela sunt implexæ. Etsi vero superioribus bellis commerciorum frequentia non parù debilitata fuerit, floret tamen etiam Leopolitanum emporium, mercibus præsertim Orientalibus. Mercatores enim Turcici, Græci vt plurimum natione, qui sub fedula animaduersione iurati interpretis, ne monstri aliquid alant, hic degunt, quotannis ultra quingenta dolia sine cados Maluatici vni huic conuehunt, ac distracthant. Tum pannos sericos, holofericos, aulæ, aromata, aliasque id genus preciosas merces, toti Polonia Regno vna hac ciuitas abundè suppediat. Ceræ in primis è fauis exprefæ vbermissis hic est prouentus, adè vt Germania, Italia, & Hilpania, quantum eius ad vsum sati habent, petere hinc possint. Iam ad mensarum delicias, præter carnes omnis generis, ferinas & auctiles, luciorū piscium mitabilis hic est copia quibus tam recentibus quam sâle conditis [hoc enim tempore autumnalium fieri solet] vix Tiberinos illos, inter duos pontes captos, & magni olim à Romanis astimatos, comparare ausi. Sunt enim circum circa stagna quam plurima; nec deflue passim fluuij ac riui, in quibus cyprini, gobij, perca, optimi faporis & vñis precij, magno numero capiuntur. Vino quidem magnum est precium, ex Hungaria & Moldavia adiecto: sed ciues plerique mulsum & cerevisiam bibunt, liquores non sanitati minus, quam palato seruientes. Est etiam Leopolis officina armaria, in qua tormenta, bellica funduntur ac constellantur. Armamentarium amplum, & omnis generis instrumentis bellicis instructissimum: tum publicum horreum, in quo tanta visfrumenti, vt magna hominum multitudini longo tempore sufficiat. Typographum quoque habet, è quo non pauci libri, & Latinis, & Ruthenicis, & Græcis characteribus eleganter excusi prædierunt. Portæ ciuitatis duas sunt præcipuae. Cracoviensis ad Septemtriones, Halicensis ad Austrum. Suburbia totidè: que indulgentia Magistratas adeo excrevere, vt mille & quingenta amplius in eis dormi numerentur: in quibus etiam non pauca diuersarum religionum templa. Alliui ciuitatem fluvialium, vernacula lingua Poltevvi dictus, non procul à lateritificio Goldbergensi ortus, qui mox ciuitatis præterlapsus, à Meride ad Austrum, inde intra montium ac nemorum convalles, & amfractus, vndolo alueo apud opidum Busco in Bugium flumium tandem deuoluitur. Hortis amoenissimis ager passim exultus est, variorum fructuū sexacibus, & topiaria arte ad aestiuas recreations mirifice exornatus. Nec vinea sicut, exigua tamen illa, & vix centena vini dolia, nec sâne delicatissimi, quotannis præbentes. In hoc eodè tractu Polonica Nobilitatis flos habitat, Zollieuiorum, Ostrorogiorum, Chodkiewitorum, Donielouitorum, Sborouitorum, Iazouitorum, Bierzaliorum, Corneitorum, aliaque illustres familie, quæ multos magni nominis duces fortissim osque milites, & superioribus & nostris temporibus dederunt.*

Porrò vt Russia Australis in prouinciam redacta Polonia regno plurimum & splendoris & potentis adiecit, ita haec vrbs capta ad totam prouinciam subiungendam multum habuit momentum: quod circa annum M. CC. XL factum legimus. Deficiente enim malcula, itipere liberorum Danielis Russorum Regis, Casimirus II. Vladislai filius, genti nimium vicina, & crebris incurSIONibus ante infestæ subiungende occasionem minimè negligendâ ratus, copias ex Polonis & Germanis (qui magnam partem Silesij fuerunt) stipendiarijs quantas potuit maximas contraxit, magnisque itinetibus in Russiam profectus, Leopolim, caput gentis, obfedit. Nec longum tempus intercessit, quem scilicet, acemque superiorem & inferiorem, atque opidum Ruisi dedidere: illud vnum paci, vt retinere sibi veteres religionis ritus licet. Ingens vis auri & argenti, gemmarum, preciosarū veltium, & reliqua supellestis, antiqua Russorum Dicum gaza, in ijs arcibus reperta est: in qua in lignis erant duas cruces aureæ, plurimis & preciosis gemmis distinctæ, quarum altera portionem ligni, è quo Christus peperit, inclusam habuit, que etiamnum in Cracoviensi Basilica religiose asservatur: itemque duo diademata seu coronæ, cum sella & veste auro gemmisq; rigente. Quæ omnia Casimirus in Poloniæ secum asportauit; sed arces, ne Ruisi eatum fiducia rebellarent, veritus, combusit, opidū vero Germanis stipendiarijs quasi pro colonia assignauit, qui loci amoenitate solique fertilitate perspecta, ferè omnes, vt olim in Anglia Saxones, patriæ abiecto desiderio, sedes ibi ac lates perpetuos fixerunt, statim nouæ ex ornanda patriciæ intenti, Ecclesiam patochiale, in qua Catholicis siue Romanis ritibus sacra peragerentur (quaer nunc in suburbio Cracoviensi dicto sita est) in honorem Deipara Virginis, vñà cù Xenodochio, quod à S. Spiritu nomen habet, extruxerunt. Non multò post è Polonia reuersus Casimirus, nullo negotio Præmisla, Solnoco, Halicia, Lubaciouia, Tustano, ac ceteris oris eius munitionibus portitus est, ita vt ad Cameneciâ vsque arma circuferret: ob res feliciter gestas, & regiam tam luculentem promisacæ accessione auctum, Magnus à suis appellatus. Post hæc Rex conuenit Russo-



Russorum habito, certam prouincia, ac regiminis formam instituit, Palatinis, Castellanis, Praefectis, Iudicibus, alijsq; Magistratis Polonorum more constitutis, Russi que eodem cum Polonis iure esse iussit: at Leopolitanis praeficiatis seu nouis est Germania ciuibus iure suo Teutonicum seu Saxonico vti permisit, plebiscito tantum, quo marito duae partes bonorum, uxori vero tertia in tamum post alterius mortem edere iubentur, confirmato: quod plebiscitum etiam alia Russia, Volhinia, & Podolia ciuitates suscepunt. Quia vero inde non sine magno sumptu & insigni iubitorum grauamine ad Magdeburgensem tribunal siebat prouocatio, supremum prouinciale iudicium Teutonicum in arce Cracoviensi constitutum est, cui eius iuris Aduocatus cum septem Scabinis, a magno Cracoviensi arcis Procuratore lecis, presidet. Successu vero temporis ex Palatinatibus Russia, Volhinia, & Podolia, ad Senatum Leopolitanum appellations interponi coepunt, eamque rem Polonia Reges ratam habuerunt, ac singulare priuilegio confirmarunt.

Anno M. CCC. LXII. ingens annona penuria & fames, ratus ijs in regionibus malum, Leopolim locaque vicina non paru afflxit: quam tamen Regis beneficia mox subleuauit: nam in eius praedictis erat ingens vis frumenti superiorum annorum vberitate reliqua: quod ille moderato acciusto precio ditioribus vendi curauit: ijs vero, qui pecuniam non haberent, pro opere, quod quotidie facerent, quantum aequitas poscet, assignauit. Quae quidem res dicitur vix potest, quantum Leopolitanæ virbi & firmitatis & ornatus adiecerit. Hoc enim modo conductus operis, Rex & vrbis muro cinxit, & utramque tam superiorē quam inferiorem arcē lateritias condidit. Ciuitati insuper iugera septuaginta (Lancos seu Mansos nonnulli vocant) subiecti mutis agri circumcirca denui. Idem tutum pro Basilica Metropolitanam Deipara Virginis, opus sumptuosum, intra mœnia inchoauit: & anno M. CCC. LXIV. per Oratores Auinionem ad Vrbanum V. Pontificem missos, dictam Ecclesiam, assignatis ad dignitatem illam sufficienibus redditibus, in Metropolitanam erigi obtinuit. Cuius rei exequitor a Pontifice designatus Jacobus Suinka Gnesnensis Archiepiscopus, Leopolim venit, & præfente tam Rege, quam maiori procerum parte, solemnibus cæmonijs Parochiale Ecclesiam in Metropolitanam confecrata, primumque Archiepiscopum dixit Christianum, virum nobilis & eruditum. Verum non multo post è viuis sublato Casimiro, ædificium hoc Metropolitanam Ecclesiam intermissum, ipsa que Archiepiscopatus dignitas Haliciam tunc temporis præ alijs Russia ciuitatibus populo fani translatâ fuit. Casimiro succedit Ludowicus Hungariae Rex, qui Polonicarum rerum parum fatagens, Vladislau Cubitalé, Opoliæ Ducē cognatum suum, terræ Russiae dominum & hæredem propalam scripsit. Is Leopolitanus ciuitum à Lithuania infidelibus grauitate afflittorum fortunam miseratus, quo se se facilius recollerent, ciuibus natris & nascendis centum lancos Francicos ad septuaginta illos, quos Casimirus ante denauerat, extra ciuitatis pomaria ad dididit, ac iuri Teutonico subdidit: quo quidem terre spacio pagi aliquot a familiarium in ciuitate præcipuis, ut Goldbergi, à Goldbergijs, Klopperoium à Klopperijs, &c. condì coepérunt. Huc accessit liberalitas Hedwygis Polonorum Regina, Casimiri nepus, quæ anno M. CCC. LXXXVII. Leopolitanus insigni priuilegio donauit, scil. Ne peregrini Mercatores ex Orientalibus plagi aduenientes, vel merces suas alioquam Leopoli vnam transportaret, vel secum auchæda empruniirent: tum ne vllis totius regni ciuitatibus metam Leopolitanum emporij transire licet. Ex quo tempore Leopolitanus ciues multo ampliorem mercaturam exercerunt: in qua singularis præcipue Armeniorum eluet industria. Gens haec olim cum Taurō-Scyphis (quos Tartaros hodie vocamus) à Daniell Russorum Rege euocata, à Casimiro Leopolitanæ ciuitatis iure, certis tamen legibus, donata, Capham, Constantinopolim, Alexandriam Aegypti, & Alcairum viisque, immò in Indiani penetrans, nobilissimas inde merces Leopolim aduehebat: quas deinde Germani, Poloni, & Russi per regnum, & ad remotoria loca exportabat, mutuaq; omnes benevolentia & amore inter se certabant, & ciuitatem indies locupletiorem reddebant. His occasionibus freti ciues, subfido etiam D. Vladislai Iagellonii (qui hodierni plenissimi ac clementissimi Regis Sigismundi III. maternus fuit auctus) & stipe adiuti, inchoataam à Casimiro templi Cathedralis strucrionem perfecerunt, & Sanctissimam Trinitatem dedicant; ciuitatem muro altero cinxerunt, Prætorium seu Curiam in fori meditullio, cum excelsa turri, itemq; portam Cracoviensem dictam, necnon templum S. Stanislae lacrum in suburbio Cracoviensi, tanto artificio confruxerunt, ut etiam peritissimi architectonics artis magistri hic inueniant quod admireretur. Circa hoc etiam tempus Leopoli (que tum Germanico nomine LEMBVRG notior) cusa moneta, in cuius una parte Leo, cū inscriptione CIVITATIS LEMBVRG, in altera Aquila, cum epigrapha, VLADISLAI REGIS, addito Christianæ æra numero, M. CCC. XLV. Confundata Ecclesia Cathedralis strucrura, ciusdem Regis rogatu Ioannes XXIII. Pontifex, tertio Pontificatus sui anno, Halicia fedem Archiepiscopalem rufus Leopolim transtulit, eique suffraganeas, ut vocari, Ecclesiæ subiunxit, Premisliensem, Chelmensem, Camenensem, Vladisniresem, Luciouiensem, Cerecensem, & Kiouiensem, cum earum Episcopis, & quascunque alias in Russia, etiam Russorum seu Græcorum lectæ, Archiepiscopatum tu moderante Ioanne Ressoulo, nobili Polono. Circa annum M. CCC. L. Germanis fessum in Polonorum mores abeuntibus, Acta Civilia non Germanico, ut antea, sed Latino sermone scribi coepérunt: atq; ex eodem tempore abolito Lemburg nomine (quod tamen hodieq; inter Germanos vistum est) ciuitas Leopolis iterum nominari coepit. Circa annum M. CCC. LX. fundata est Ecclesia S. Andreæ, & Cœnobium Fratrum Bernhardinorum, in suburbio Haliciensi, in quo sanctissimè vixit, & austera vitam egit venerabilis vir Ioannes de Duola, Anno M. CCC. LXXXII. in Christo placidissime mortuus, cuius sepulcrum multis miraculis inclinari, multis agrotis, qui Dei auxilium per Sancti huius intercessione implorauerant, sanitati restitutus. Tandem anno M. D. XXI. iuxta præscriptum Bullæ Pontificie, sanctæ viri huius Reliquiæ, postquam annos XXXVII. in sepulcro iacuissent, aqua vinoq; lota & honorificè iterum tumba cōditas sunt: ad quā plurimi fideles difficultatè suarum leumannia a scolastica consequuntur. Téplum hoc S. Andreæ simul cum Cœnobio sumptuosissime paucos ante annos restaurari coepit, libealitate potissimum in Ioannis Demetrii Sulicouij Archiepiscopi, viri tanto honore dignissimi, & de Leopoli quæ optimè meriti. Ab anno Christi M. D. indies magis sive frequentari coepit hæc ciuitas, propter omnium rerum tam ad vietum, quam ad luxum pertinentium, abundantiæ. Vix certè vlos ciues reperias, qui ad hostiles sustinendos insultu Leopolitanis promptiores fuerint ac fortiores: ut etiam anno M. D. XXIV. D. Sigismundo I. feliciter regnante, ingentibus Turcarum, & Taratarum copijs resistierint, ac per quatuor integras septimanas obsidione vndeque cincti, hostiles vim præclarè sustinuerint aque eliserint: ciuius quidem obfidionis indicia in ruinis ac castrioto solis circa vrbem adhuc conspiquantur. Vnde etiam à sequentibus Regibus multo maioribus priuilegijs Leopolitanæ ciues donati sunt. Anno M. D. LXXXVI. Stephanus Rex, inclita memorie, Leopoli quadriginta viratum instituit, data eidē nomine totius Communis cum Magistratu de arduis Reip. negotiis tractandi facultate: in quem viceni ex me: catoribus, & vicini ex opificum Collegijs allegantur, totam quasi communitatem representantes. Pro insignibus ciuitas Leonem a primis initis gelsit. Quam vero, ut supra dictum est, Turcarum obfidionem ciues fortiter sustinuerint, Sigismundus I. ausus hodierni Serenissimi Regis, valhiam seu portam magnam patrem, cui tres turres supereminenter, Leone in porta libera stante, addidit, vna cum priuilegio rubra cera in publicis Actis ac cliteris vrendi: cuiusq; donationis rationem in diplomate his verbis exprelit: Quo & rei nouitati aliqua eorum ad posterum illis gloria maneret, & ipsi memores se in eminentiori loco tamquam in turribus & specula positos, sive, virtute Laonis vigilantis animo, confititia, excubis & robore aduersus imminentes omni ex parte hostes viriliter imitari, maioriq; indies studio & fauore, quem cera rubea designat, ad recte formandum & bene dirigendum Reip. illius ciuitatis statum, operam sua familiæ insignia donauit sequentiisq; diplomatis: Leonidit. Ciuitatis communibus insignibus nostris tres monticulus, & stellæ, de Leonis nostri stemma de fæunctos, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo inserimus & adiungimus. sperantes fore, ut vos huiusmodi stelle, & montium mystico prefuso muniri, de iniuris vestrīs, quibuscum bellum continuum gerendum est, excepta victoria reporteris. Arma signum militia extollentes se aduersus scientiam Dei, & in captiuitate redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi, & in promptu habentes vesci omnem inobedientiam. Quid enim aliud per Leonem intelligi debet nisi Christus iuxta illud Apoc. 5. Vicit Leo de triba Iuda. Et Amos cap. 3. Leo rugiq; non timebit: Dominus loquutus est: quis non euangelizabit? De quo Num. 2.4. Accubans dormiuit vt Leo. Quid per monticulos, nisi Ecclesia Catholica supradicata supra firmam petram, in confessione sanctis, Trinitatis, iuxta illud Isa. 2. Mons domus Domini in vertice monti, & eleuabit super omnes colles, & adeunt ad eam omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, asce ad montem Domini, ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias Ias. Quiddenique per sellam designatur, nisi Beatiss. Virgo Maria, que & Mater gratie, & Mater misericordie, pro salute fidelium suorum athletarum sedul exoratrix, apud Christum verum Leonem, quem maternis lactantibus vtheribus, intercedit: vt Num. cap. 2.4. Orientur stella ex Iacob, & colligetur virga de Israel, & percutiet duces Moab. Sumite ergo vos bene dicti omnis filii exemplar in signis nostrorum, præsentibus his expressum, illudque contra quoscunque inimicis vestros, rifiabiles, & inusitables, & contributarbas gentes eiusmodi administrculo innixi, ut post adeptam à vobis de vitroque hoste in hoc mundo victoriam premia celestis gloria in altero seculo assequi possitis.

SENDOMIRIA.

SENDOMIRIENSE minoris Poloniae opidum, et si spacio non amplissimum, dignitatis tam
men Officiorum prærogativa inter prima totius Regni censetur; deindeque omnibus ad vitam sua
uita degendam commoditatibus mirum in modum abundant. Situm est in colle, quem Vistula
alluit, xxii. à Cracouia distat milliaribus. Ac licet natura satis munitum sit, muro tamen includi-
tur ac firmatur. Arcem haber ad meridiem saxis constructam, & colli i impositam, vnde exteriū
præcepstam aditus, quām descendens. Ad radices collis (qui vniuersum opidum ab inundatio-
ne tutum præstat) nauigia merces exponunt. Ex superiori verò parte quum in præterfluentem
annem, tum in circumiacentes campos amoenissimus est prospēctus.

Porro Civitas hęc Satrapiae sive Palatinatus (vt Poloni vocant) dignitate in primis fulget, sic vt post Cracouense
territorium, Sandomiriensis terra primo loco numeretur; eiusque Præfectus sive Palatinus à Cracouensi primum
obtineat locum. Habet enim sub se complures insignes ciuitates; inter quas præcipue sunt, *Secinium*, insigne opidum,
loco plano situm, cum arce murata eminenti rupi imposito. A Cracouia xii. abest milliaribus. Fodini lasuli clarum:
vbi & argentum reperitur. *Coricinum*, ciuitas noua lignea, cum arce murata, ad Vistulum amnem inter paludes sita.
Vislicia, ciuitas lignea, inter lutosas itidem paludes ad Nidam amnum sita. Tum *Pilzoniūm*, *Radoniam* muto ac vallo cir-
cumdata, *Polonicum* inter colles constructa, *Zauichostum*, *Zarnoviūm*, *Malagoftum*, aliaque nonnulla: præter pagos ac
villas quamplurimas. Habet quoque Præfectura Sandomiriensis hoc privilegium, ne cui oppignoratam, aut quoquis
modo obligatam possidere eam licet. Quod publica lege Casimirus rex sub criminis læsa maiestatis edixit, annite-
nte potissimum Rithuanio Palatino Cracouensi, quem ex testamento Derslai fratris, Castellani Cracouensis, paullò
ante mortui, Præfecturam hanc ab Vladislao III. Rege ipsi oppignoratam gratis Regi reddidisset.


Quia verò Sandomiriensis tractus Russiæ vicinus est, cuius reges antequam ea Polonia regnō accessisset, grauis-
sima cum Polonis bella gesserunt, deinde ipsi à Tattari in ordinem redacti, ac ferè subiugati fuerunt; dici vix potest,
quot quamq; atroces clades quum ipsum opidum, tum vniuersa regio passa sit. Nam anno Christi M.CC.XL. Tattari,
peruastata Russia, tractum hunc magno impetu inuaserunt, exustaque arce Lublinensi omnem illam regionem ad Vi-
stulam usque longè lateq; depopulati, Zauichostum arcem in ripa Vistulae sitam incenderunt: indeque in Russiam re-
versi, deposita tuto loco præda, quam opulentam asportarunt, curriculo in Polonium hyberno tempore reuersti, trans-
missio Vistula glacie concreto, ipsum opidum expugnarunt ac diripuerunt, pluribus mortalibus in captiuitatem ab-
ductis. Sed præ carteris immanis illa clades fuit, quam ab eadem gente, dum Casimirus Rex cum agnatis, fratribus, at-
que etiam filiis intestino bello appetitur, Sandomiria passa est. Media enim hyeme, omnibus fluminibus glacie con-
crecis, ingens Tatarorum multitudo, Russis ipsiis adiutoribus ac duotoribus, in Polonium sese effudit, qui summā cele-
ritate vñi, & Lublinensem urbem à Lituanis non multò ante vastatam, sed tunc à Daniele Russorum rege, arce capta,
turriquie rotunda præsidio munita occupatam, prætergressi, in interiora Sandomiriensis tractus imperium faciunt,
multisque pagis, monasterijs & opidis direptis, tandem & ipsam Sandomiriam incidunt, & arcem sine villa intermis-
sione oppugnant. Sed fūstra, gnauiter eam defendantibus tam oppidanis & rusticis, quam Nobilibus, qui eò tam-
quam in tutum asylum liberos & vxores se posuerunt, & fortunas ac charissima quæque comportarant. Viribus ergo
diffisi Barbari, astu, vel perfidia potius tractare rem instituant; & Leone ac Romano, Danielis Russorum regis filiis
internuncijs, Petrum de Crempa Præfectum hortantur, ut in castra veniat, & se arcemque & omnem multitudinem
paruo redimat. Sequutus illorum fidem Petrus, cum Sbigneo fratre & primoribus Nobilitatis in castra venit, ac cum
Barbaris de sua ac reliquorum salute supplex agit: qui confessim misere omnes obtruncant, sublatoque clamore, ar-
cem, nihil eiusmodi expectantibus defensoribus, innundant ac capiunt, & promiscua cæde in perterritos & latebras
quærentes grassantur, nemini parcentes præter puellas quasdam & matronas formosiores, ad contumeliam & ex-
plendam libidinem adseruatas. Tandem cæde defessi, reliquum vulgus hominum in Vistulam impulerunt: Tanta verò
tunc cedes in arce facta dicitur, vi crux ad Vistulam usque exundarit. Ceteras quas quum opidum, tum tractus Sen-
domiriensis olim passa est calamites, hoc loco recensere nihil attinet, quas suo quaque loco Polonicarum terum
scriptores, Cromerus in primis describunt. Superioribus certè annis eandem regionem Rokossani (sic vocant, qui Re-
gi minus dicto audientes sunt) grauissime afflixerunt: sed illis vel ad meliorem mentem reuersis, vel digna poena eoér-
ritis, facile iam respirauit. Est enim solum circa Sandomiriam fertile admodum, & maximè optimorum pomorum
ac fructuum omnis generis ferax, qui vel exoticis nihil cedant.

Non procul ab opido alter exsurgit collis, quā Vistulam respicit, in planiciem se se explicans, sylvis & arboribus
consitus, ac ligneo septoinclusus; in quo dua Religiose ædes visuntur, quarum una opido proximior S. Iacobo, altera
remotior S. Paulo Apostolis sacra est, & à deuotis utraque frequenter visitatur.

BIETZA.

BIETZA ciuitas Poloniae minoris, muro circumdata, in amœna planicie ad Hungariae confinium sita,
quam Rapa fluuius irritat, è cuius spumis sulphur conficitur, quindecim à Cracouia abest milliaribus.
Castellum habet peculiarem, qui inter principalem Cracouensis territorij Senatum accensetur.
Vetus opidum inde pater, quod VVenceslaus Poloniae & Bohemiae Rex prouo ad conflu-
entem Donaeccij & Bialæ fluminum sub Carpatho monte, à se condito opido, & Sandecia noua ap-
pellato, Bietzense opidum Cracouensi Episcopo, in cuius ditione ager ille erat, tradidit. Quum verò
postea Ioannes Muscata Cracouensis Episcopus eius coniurationis, que ab urbis Cracouensis Aduocato, de urbe
Boleslao Oppoliensium Duci tradenda, inita fuerat, particeps fuisse argueretur; Vladislaus rex cognomento Locticus
et multis alijs insuper incommodis affecto, & ut quidam volunt, in custodiā inclusō, Bietzense territorium ademit:
ei, multis alijs insuper incommodis affecto, & ut quidam volunt, in custodiā inclusō, Bietzense territorium ademit:
ei, multis alijs insuper incommodis affecto, & ut quidam volunt, in custodiā inclusō, Bietzense territorium ademit:





LOVICIVM.




Niuersum Poloniæ regnum ab Odera ad Vistulam, & à Vistula ad Borisfhensem, hodie Nieper dictum à Ponto Euxino ad mare Balthicum, ab extremis Lithuanorū finibus ad Suecorum & Moscouitarum vsque limites extendit, ex maximis & frequentissimis Europæ Sarmacæ regionibus, in vnum cōpus coalicis, conflat: Polonia nimurum Maiore & Minore, Prussia (excepta ea parte qua Ducatus nomine censetur, nihilominus ut clientelare beneficiū à Poloniæ regno depēdet) Maffouia, Samogitia, Liuonia, Lithuania, Volhinia, Podolia, Roxolania seu Russia vtragi, Alba & Nigra, & Podlassia, &c.


Initio quidem apud polonos summa Potestas penes vnum fuit: isque Lechus memoratur, quo sublato, Principis vnius imperium per se gens, xxii. ex omni procerum numero sibi Duces seu Palatinos creauit, sed non multo post rursus ad vnum rerum summa delata est, qui Cracus fuit, Cracoviæ conditor, circa annum Christi DCC. cuius stirpe extincta Palatini rursus Rempublicam gesserunt, donec Primislaus, vir astuto ingenio & virtute supra natales, quum feliciter rem aduersus Hungaros gessisset, anno LX. saceruli in sequentis omnium suffragijs Princeps creatus est: quem alij atque alij longa temporum serie Principes sequuti sunt, vsque ad Boleslaum I. qui ab Othono III. Cæsare, posito Duci nomine, in ciuitate Gnesnensi Rex, socius & amicus Romani Imperii appellatus est, anno post Christum natum M. I. Quod decus quum successores diu seruassent, eo tandem Boleslaus II. ob statram S. Stanislai Episcopi necē, à summo Pontifice priuatus est: quod tamen sacerulis aliquod deinceps Primislaus resumisit, Anno M. CC XCV. ab Iacobō Archiepiscopo Gnesnensi regio diademate, bona cum Pontificis venia, insignitus. Ab eo Regium nomen mansit & dignitas, sed cum moderato potentia temperamento. Nam quamvis Rex supremam potestatem habeat; magna ramen quoque Regij senatus est auctoritas, qui ex Nobilitate cōstat, plebe ab vniuersa Reipublica Procuratione omnino summota: ita vt optimatum veluti auctoritas regio imperio, regia vicissim potestas Senatus & equestris Ordinis libertate temperetur: sic fere: vt amplissimum illud imperium regio splendore fulget & regia in eo potestas, qua plerumque ad libidinem & insaniam vergens, quum cuncta licent, omnium scelerum & iniustitiae seminarium est, sapientissimis Senatorum & Nobilitatis consiliis intra æquitatis terminos contineatur. Incredibilis tamen est Regum in Polonia Maicitas, ac subditorum erga eos cultus. Quod enim præcipuum est, summa est iuris dicendi apud eos potestas, & quamvis sine publici iudicij auctoritate nihil in quemquam statuant acerbius: tamē & pecuniaris & capitales poenas legibus infietas condonandi ius habent. Possunt & ad repentina Reipub. motus, urgente periculo, signo dato vniuersam Nobilitatem ad armā vocare, & irruentibus hostiis sub vexillis opponere, mercenarium militem conscribere, creare militie magistris, exercitus exauctorare, & in militarium sanctionum violatores animaduertere. Sed potissima eorum in creandis magistratibus, & honoribus ac dignitatibus in eos quos dignos censuerint, conferendis facultas spectatur, Secundum Regem maxima est & augustissima Senatus auctoritas, in quo principem locum obtinent Archiepiscopi duo Gnesnensis & Leopoliensis, & VII. Episcopi: tum Palarini XV. & Gastellani LXV. è diuersis prouinciis.

Cæterum vt propter venerandam Ordinis dignitatem in Senatu Regio Ecclesiastici primas tenent; ita inter hos dignitate præciplius est Gnesnensis, Archiepiscopus: qui Legatus S. Romanae sedis natus, & totius Regni Primas habetur: subtrahitoque è viuis rege, etiam munere apud Polonus fungitur regio mittendarum ad exteris Legationum, custodiendorum finium, & promulgandorum comitiorum ius habens. Idem regem electum pronunciat, sacro oleo inungit, & regium diadema ei imponit. In supremæ dignitatis signum sublatuſ præfert ei baculus, & cibum sumturo, militaria tympana pulsantur: qui honos soli Regi in Polonia habetur. Aula nulla, post Regiam, praterquam Archiepiscopalis censetur: & familiares eius, Aulci, non vt cæterorum Episcoporum & Magnatum, Famuli vocantur.

Archiepiscopi huius sedes siue domicilium est cuius typum hæc tabella exhibet, Louiciensis Ciuitas, in Maffouia ad Bsurā amnem sita. Quomodo vero in Gnesnensis Archiepiscopi ditionem peruenierit, Cromerus his verbis è vetustis membranis explicat: Et Pontificia bulla (Innocentii II.) comperimus LOVICIAM cum decimis, villis, incolis, venatione, & omnibus prorsus iurisdictione seculari amplius centum annis ante hoc tempus (Conradi Duci Maffouiae). Archiepiscopo Gnesnensi attributam, & ab ipso Pontifice confirmatam fuisse Casimirus vero Magnus memorat, se vidisse litteras Honorij III. Pape, quibus is ad petitionem Lesconis Cracoviæ, verbis diplomatis vtor, Conradi Maffouiae, Vladislai de Caliz & Casimiri de Opole Ducum, iura, libertates, & possessiones Louiciensis districtus terra Maffouiae confirmat, ipsiusque districtum cum omnibus villis & possessiōnibus, ab omni iurisdictione & dominio quorumlibet Principum penitus liberat. Vnde conteūtur amplus, quem ius Louiciensis territorij longe ante Conradum Ducem & eadem Ciaple (Scholastici Ploencis, à Conrado Maffouiae Duce interfecti) ad Archiepiscopum Gnesnensem pertinserit, & à Duci Maffouiae locorum illorum dominis, nihilominus per vim dominatus is usurparetur. Conradus Ciaple Scholastici cade, dirisque Petri Archiepiscopi perculsum, tum demum Louiciam ipsi Archiepiscopo, diplomate suo ex integrō donasse, eaque prorsus diceſſe. Hæc Cromerus è membranis.

Porro oppidum hoc multo splendidius reddit Laroslau Archiepiscopus, arce in cenosis paludibus quum natura tum opere munitissima exstructa: quæ turribus & adficiis quadrato è saxo conspicuis dignam Archiepiscopali sedem siue Residentiam præbet. Ipsi ciuiras ad ulteriorem Bsurā ripam sita est, loco ameno & ad omnes vita necessitates per opportuno, latis plateis, areis spacioſis & cultissimis hortis mirum in modum exornata Ecclesiastis habet pulcherrias. Collegiatam, venuſa structa symmetria præcellentem: tres Parochiales, & Conuentuales duas. Solum fertilitate nulli in tota Polonia cedit. Vnde tanta ibi est frumenti ac reliquarum rerum terra nascentium copia, vt non ciuibis modo & inquilinis alendis sufficiat, sed & ad vicinos & exterios, etiam Gedanum siue Dantiscum usque, magno cum colonorum lucro, exportetur. Illud mirum est, quod in solo fere Louiciensi territorio, auiculam passere non multo maiorem, quam à niue Sniegulam Poloni appellant, esu persuauem reperiunt aiunt quæ cum niue simul aduenit ac disparet. Ciuitas ipsa tam multa ac præstant à variorum Opificium habet collegia, vt Norimbergæ quoddammodo videatur æmula. Sed in primis mirifice commendatur, ob variorum quæ hic flunt bellicorum nec non aliorum instrumentorum tam bonitatem quam copiam: adeo vt totius regni quasi armamentarium, è quo vel maximus exercitus instrui possit, habeatur. Vnde etiam tam ciuium numero quam ædium splendore & opibus indies magis magisque augescit, Archiepiscoporum adiuta singulari liberalitate & industria, qui in hac sua vrbe exornanda nulli sumptui aut labori parcunt. Ipsum vero Louiciense territorium paullatim ita excultum est, vt quadraginta circiter populoſas Parochias Ecclesiasticas tam ligneas, quam lateritias comprehendat.





PRAEMISLIA.

POLONIA regno Roxolania quoque seu RVSSIA, veluti pars eius, accensetur. Quum verè Magnus Moscouia Dux Russiæ quoque Principem se ferat; non abs re forte erit regionum harum fines describere ac determinare. ROXOLANIAE siue RVSSIAE nomen disseminatam gentem significans, vniuersim quidquid terrarum est inter mare Balthicum & Liuoniam, Sueciam, Oceanum glaciale, Volgam qui Rha hodie appellatur, Maeotim paludem, Pontum Euxinum, montes Sarmaticos, Poloniæ, Lithuaniam & Samogitiam complectitur, in duasque regiones diuidit; quarum altera Carpathios montes non longè à Cracouia attingit, & secundum Tyram ad Valachorum fines, arque ex altera parte Borysphenem & Pontum Euxinum porrigitur; tum ad utramque Axiaci fluminis ripam vergit, & à Tanai Europæ atque Asia limite ad Africatum, nobile Emporium inciteriore Volgæ ripa ad eius fere ostia, ubi a Medis, Persis, Armenijs, Seythis & Moscouitn nundinae celebrantur, per vasta terrarum spacia extenditur. Inde Volga non magno intericto spacio, in 1 xx. ramos scinditur, plurimis factis insulis, rotidemque per ostia nauigabilia in mare Hiricanum siue Caspium euoluit: & hæc quidem ROXOLANIA, qua ultra Borysphenem ad Persarum usque fines extenditur, magno Moscouia Duciparet: hæc, quam Regiam vocamus, Leopoliensi, Haliciensi, Belsensi, Chelmeni, & Præmisliensi districtibus seu satrapijs comprehenditur, & cum Lithuania in regni Polonici ditionem concessit.


Regia huius RVSSIAE (quam Rubram Cromerus, Maginus & alij Cosmographi Nigram indigent) non pars est, utijsdem Cromeri verbis utr, ora Præmisliensis, à Præmislia ciuitate nomen habet, duobus Episcopatibus, quorum vni Latinus siue Romanus, alteri Russicus Græcorum ritus sequens, præf, cohonestata. Ciuitatem hanc Boleslaus cognomento Audax, Casimiri I. filius Poloniæ regno adiecit, morto Russis bello, in quo cum minoribus, quacumque cum exercitu incesserat, opidis facile potitus esset, in hoc uno expugnando multum difficultatis inuenit: Qua de re sic Cromerus: *Præmislia à septentrionali quidem latere, quare veniebat, sano fluuiio, qui è sarmaticis montibus haud ita longe à Tibisci fontibus oritur, ab reliquis vero, fossis & aggeribus munis et erat, & à magna præterea multitudine hominum urbanorum simul & agrestium, atque nobilium, qui ex agris eō se cum familijs & facultatibus suis receperant, defendebatur. Ad hec ab uno latere arx opido imminebat, in edito loco sita, & validis mænibus turribusque munita, & expugnata, ut illa ferebant tempora per difficiles. Rex igitur quem fluvium, nequit quād prohibentibus Russis, vado sati alio transisset, opidum summa vi oppugnat. Nec segnius defendunt Russi, & crebris eruptionibus abundante multitudine Polonos oppugnationi intentos adorinunt, sed reprimuntur, magna que cæde in opidum repelluntur. Postremò vim diutius sustinere se posse diffisi, deserto opido, in arcem se receperunt. Rex opidum summa rerum omnium copia diutiusque referunt, quarto postea quam oppugnare caput die captum in prædam dat militibus. Arcem, quia difficilis videbatur eius expugnatio, propter multitudinem defensorum, neque contrudicari solet volebat, corona obsecans fame sitique brevi se eam circumueniendo in potestatem suam redactorum esse: equis quoq[ue] versus publatum dimittit, commeatum quād plurimum in castro comportare, Villanum incendij absinere iubet. Ipse dispositio custodij obseruabat, ne quid ad obsecos importaretur, neve ī libera ē flumine aquatione vterentur. Nullus enim arx intus perennes habebat aquas. In magna difficultate obstat in eam tamen animis obsecis obfisionem sustinebant: donec fame sitique enclitis iumentis, & peste in homines graffante, deditio[n]em extremo astatis tempore fecerunt, vitam, & qua singuli uno onere secum efferre possent paci. Rex arcem deditam, quantum potest reficit & exornat, in eaque hyemem sequentem commoratus est, exercitu in hyberna distributo. Fuit hic annus à Christo nato M. L X I X. Hæc Cromerus: ex quibus cùm situs, tum cetera huius ciuitatis luculentè intelligi possunt.*

Quando verò Episcopatus Præmislia institutus sit, idem Cromerus sic memorat: nimirum Ludouicum Vngaria & Poloniæ regem, debellato Georgio Russorum Duce, quum ei vber ac fertile solum Russiæ placuisse, & frequentari eam à Catholicis animaduerteret, missa ad Gregorium xi. eius nominis Pontificem Maximum legatione obtinuisse, ut duæ Cathedrae Episcopales, Præmislia & Vladomiria, Haliciæ verò (Leopolim postea translata) Archiepiscopalis, instituerentur.

Porro aurorum nostrorum memoria, Anno Christi M. CCCC. XCVIII. Ioanne Alberto Polonicum sceptrum tenente, ciuitas hæc à Stephano Walachia & Moldauia Regulo, vnâ cum innumeris ferè opidis & pagis foedè direpta atque incensa est, plus centum hominum millibus ē Russia in miseram seruitutem abductis.

Sed tam ex hac quād reliquis cladibus paullatim recreata, nostro quidem tempore mirum in modum floret Præmislia, adiuuante in primis feracissimi soli ingenio, nec non Sani fluminis opportunitate, per quod incolas ac coloni merces suas, siliginem potissimum & salem artificiosè coctum, in Poloniæ, & Prussiam, Gedanum, Toruniam, & ad alia vicina loca magno cum lucro deuechunt. Ager suburbanus portos habet amoenos & eleganter cultos; & præsertim hortum seu viuarium Regium, omni ferarum genere referunt, Quidquid denique ad vita pertinet necessitates, abunde non incolis modo, sed & viciniis atque exteris suppeditat.






NOVVM ZAMOSCIVM.




Oannes de Zamoscio, magnus Polonici Regni Cancellarius & generalis exercituum dux, illustri genere sed virtute & rebus gestis multo illustrior, ut de patria bene mereretur, in omnes partes animum versans, magno, sed laudabili auctu eam noua ciuitate augere constituit. Postquam enim bello quod Stephanus Rex inclite memoria cum Ioanne Basiliide Moscouie Duce gesit, tam patriæ quam Regi præclaram operam nauasset, eoque facultates satis ante amplas, non parum auxiliet: abens arcem suam Zamolcium unde gentile ipsi nomen, egregie munire nouisque substructionibus exornari curauit. E quo bello deinde Reuersus, nouam ciuitatem loco saluberrimo, ad Wierperze fluvium in amoenissima planitate condidit, eamque muro, vallo ac propugnaculis firmissimis contra hostiles impetus munivit, indito Noui, ad veteris differentiam, Zamoseij nomine. Idem omnes victorias, quas, & multas & maximas de Tartaris, Turcis, Molcovitis, alijsque regni hostibus reportauit, adeo que omnes res bello ac pace feliciter ac præclare gestas, vni Deo Opt. Max. acceptas referens, in eadem ciuitate aedem sacram, elegantissima strutura, extra Dorici, intus Corinthiaci operis, è fundamento nouam erexit, varijsque picturis & sacra suppelleculi mirum in modum exornauit: in eaque Decanum insulatum & Canonicorum Collegium affligatis amplis prouentibus, instituit. Etsi vero omnem prope virilem ætatem in bello & militia contruerit; Musarum tamen sue literatum bonaramque artium singulare amore semper flagravit, eamque cultores insigni prosequuntur est benevolentia ac liberalitate. Verum enim est, quod vulgo dici solerit, Artem non habere olsorem, nisi ignorantem. Ipse vero Zamoscius iuuenis adhuc tam diligentem literis operam nauarat, eoque progressus fecerat, vt librum etiam pereruditum De Senatu à se conscriptum, sine nomine suo ediderit: quem Iac. Aug. Thuanus ait se existimasse, Caroli Signorii fuisse fortunam, sed ab eodem Zamoscio (quaer incredibilis eius fuit modestia) quum in Galliam cum Legatis ad regnum Poloniae Henrico Andream Ducum deferendum venisset, agre ut suum esse fateretur expressisse. Quid mirum igitur, si vir tam doctus doctos semper amat ac fourerit, ac doctrinarum studia promotum iuerit? Eam certe ob causam idem in noua illa sua ciuitate Academiam instituit, accersitis vndique singularum Facultatum Theologiae, Iuris prudentiae, Medicinae, tum aliarum artium liberalium Doctoribus, eamque vt & ecclesiasticis, perpetuis prouentibus cenisibus dotauit. Iplam vero Ciuitatem non tantum munitiobus & tormentis partim de novo magna artificum industria confatis, partim hospi admetis, instruxit, sed etiam immunitatibus ac priuilegijs cum Polonia Nobilitate fere communib; auxit & ornauit. Ciues enim à publicis regni priuatisque teloniiorum exactiob; oneribus oneribusque, quaer alij ciuitatibus incumbunt, immunes in perpetuum reddidit: Etarium, sive, vt vocant hodie, Montem pietatis, certa in tam pius opus collata pecunia, fundauit, ynde ciuium fortunis sinistro aliquod casu afflitis, alijsque pauperibus subsidium ferretur. Quibus commodis alleceti variatam nationum homines. Poloni, Graeci, Armenij, Hispani, Germani, magao numero eò confuxerunt, vt quamvis nata nuper ciuitas nunc omnium artium officinis, & insigni ciuium multitudine floreat, ac indies magis efflorescat. Magna haec sunt, sed malus illud, quod idem huius opidi conditor, & hoc & catena omnia que in sua dictione habuit, a sua successorumque & hæredum iurisdictione abdicavit, & ad supremum Regni iudicium perpetua libertatis lege lata, adstrinxit, ita vt illud quatuor vicibus quotannis Zamoscij, quo etiam alia Ciuitates Legatos suos mittere solent, administretur.

Facere non possum quin hoc loco docti hominis, & quidem diuersæ religionis, Georgij Dousæ de tanto Viro elogium adscribam: idque tanto magis, quod & huius quoque ciuitatis faciat mentionem. Camentia, inquit, yenio Leopolim, inde Belzum, post Zamolcium, ubi ea humanitate herois Illustrissimi Ioannis Zamoscij exceperunt sum, ut omnium tædiorum & miseriarum tam molesti itineris facile sibi oblitus. Tu cogita, quam mellis milii fuerit tanta terrarum spacia emens, istiusmodi Viri, quo haud scio an quicquam melius sol illuxerit, fauentia hanc indignum iudicatum. Nihil dico de aucta eius nobilitate, nihil de maiorum eius præclare gestis. Per se, atque adeo suis virtutibus abunde illustris est. Ex illo que gubernacul, regni admotus fuit, nihil prius habuit quam patriæ sua omni ope, labore & sumtu ire opitulatum. Infestabantur iam pridem Tarrarorum excursionibus limites Poloniae: incola subinde è Podolia in diram Turcarum seruitutem abripiebantur. Nunc vero sub huius præsidio limites huius Regni tam tuti sunt, vt si quis eos vel maximis copijs instructus, inuidare se putet, in cassum labores, nunquam utique ad propositi sui scopum peruenturus. Iam dudum Moldauia vestitum inuecturi fuerant Tartari, nisi hic heros heroico plane auctu illi subuenisset, Tatarisque cum ipso Præcipiens Principe profligatis, Hieremiam Mohile ibidem Palatinum constituisse. Nihil autem magis innatum eius erga patios lates amorem declarare posit quam haec ipsa Ciuitas, quam proprijs sumtibus à fundamentis exstruxit, mœnibus & propugnaculis aduersus hostium imperium validissimum muniuit, & a suo nomine Zamolcium appellavit. Omnes probe scimus, eum non solum Poloniae, sed & toti Europæ, immortalis sua virtutis effigiem, tamquam pyramides quasdam aut statuas reliquisse. Veteribus mos fuit, eis qui insigne ob facinus perpetuitatrem meruissent, imagines & simulacula erigere: sed ego arbitror eiusmodi statuas & imagines vel vi ventorum conuulsas decidere, aut fulmine exustas euanescente: huiusmodi vero encomiorum genera, quaer viua sunt hominum simulacra, nullo modo conuelli aut senio oblitterat posse; immo ipsa veritate firmiora fieri. Quocirca huiusmodi laudum præcones præ Myrone illo staturario, Phidia & Apelle pictoriis, & Praxitele sculptore, admiratione digni videntur. Cæterum quum tot huius imperatoris erga Regnum Poloniae extens merita, cum quonam potius eum conferam? Cum Cyrone Persarum illo Regelaudatissimo? An cum Atheniensium Duce Themistocle: cum Philippone Macedone, an Pericle? Sed cum nullo meliuscum conferri posse, quam cum Magno Constantino arbitror. Merito etiam eum imitatorem Domini nostri appello, qui quum se bonum Pastorem nominasset, statim infert: Pax tor bonus animam suam ponit pro ouibus. Et hic heros non solum in discrimen vita se coniecit, vt suæ fidei commissis à luporum rapacitate vindicaret. Optime cognitus haber quam personam sustineat: ideo omnes eius conatus eò spectant ut patris suæ inferuat, priuata commoda publicis post habeat. In singulis disciplinis ita excellit, vt totam ætatem in studijs triuiss videatur. Viros humanioribus literis excultos quanta benevolentia prosequatur, ex Hippo Musis & literarum studijs ab eodem exstructo satis constare arbitror. Summum ei Religionis studium: ad mandata Dei, totius vita cursum moderatur, omnibus prælucet, exemplo est subditus quid fugere, quid se qui debeant. Referebat mihi, omnes fere victorias suas de hostibus quaesitas in diem Dominicæ incidisse: quo nomine etiam Templum in hac eadem ciuitate, RESVRRECTIONI DOMINICÆ sacrum, incredibili impensa excitari curauit. Sed præter cetera quaer ibi vidi, Armamentarium in primis me oblique fecit, per quod cum me deduceret, se in ibi non nisi tormenta bellica quaerumque ab hostibus acquirere potuisset, reponere dicebat: quorum iam magnam copiam Tar taris & alijs, præcipue autem Moscoviti, dum bello maximi illius Barthorei Regis auspicijs prærat, belli lege eripuit. Et hoc quidem honorificissimum tanti viri Elogium hoc loco adponere vñsum est; vt pluribus innotescat. Cætera quaer multa huc congeri possent omitto, vñnum illud additurus, quo illi suum incredibilem erga patriam amorem ac studium publice testatus est. Est in hac ciuitate porta insignis & munitissima, in cuius ea parte quaer suburbum respicit, Reginæ cuiusdam imago depicta cernitur, cum tali inscriptione.

SALVE MATER ALMA POLONIA: TV NON SOLVM MOENIBVS, SED ETIAM PROFVSIONE VITAB
NOBIS DEFENDENDA ES: Ô SYDVS NOBILITATIS ET LIBERTATIS POLONICAE SALVE.






MOSCOVIA.

